

This page was intentionally left blank

*

Pagina lasciata intenzionalmente vuota

CITTÀ DI FIRENZE
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
LANDAU FINALY
MSS. 21

3.

175

orones

pro lege manilia

pro milone

Ad equites R. pridie q̄ iret i exiliu

Ad senatu pro reditu suo

pro marco Marcello

pro Rege deiotaro

pro Q. ligario

pro archia poeta

pro P. sylla

Ad populu pro reditu suo

pro cn. planco

In Ciceronem Salustij

Ciceronis in salustiu

In catilinam

Donum D. Bartholomei Zorzi de Arpitio

I



MARCI TVLII CICERONIS ORATIO PRO GN. POMPEIO INCIPIT FE



Q VANQVAM MI
hi ſemper frequenſ
conſpectuſ ueſter
multo iocundiſſi
muſ hic autem lo
cuſ ad agendum
ampliſſimuſ ad di
cendum ornatiſſimuſ eſt uiſuſ quiritęſ ta
men hoc aditu laudiſ qui ſemper optimo
cuiq; maxime patuit non mea me uolun
taſ ſed uitę meę rationeſ ab ineunte ętate
ſuſceptę prohibuerunt. Nam cum antea
per ętatem non dum huiuſ auctoritatem lo
ci contingere auderem ſtatueremq; nihil
huc niſi perfectum ingenio elaboratum
induſtria afferri oportere omne meum
tempuſ amicorum temporibuſ tranſmittē







dum putaui. Itaq; neq; hic locuſ uacuuſ un
q̃ ab hiſ qui ueſtram cauſam defenderent
& meuſ labor in priuatorum periculiſ ca-
ſte integreq; uerſatuſ ex ueſtro iuditio fru
ctum eſt ampliſſimum conſecutuſ. Nam
cum propter dilationem comitiorum ter
pretor primuſ centuryſ cunctiſ renuntia-
tuſ ſum facile intellexi quiriteſ & quid
de me iudicaretiſ & quid aliiſ preſcribere-
tiſ: Nunc cum & auctoritatiſ in me tantũ
ſit quantum uoſ honoribuſ mandandũ
ẽẽ uoluiſtiſ & agendum facultatiſ tantum
quantum homini uigilanti ex forenſi
uſu prope cotidiana dicendi exercitatio
potuit aferre. Certe & ſi quid etiam dicen
do conſequi poſſum hiſ oſtendam potiſſimũ
qui ciuſ quoq; rei fructum ſuo iuditio tri
buendum ẽẽ. Atq; illud inprimiſ mihi le
tandum iure ẽẽ uideo q; in hac inſolita m̃
ex hoc loco ratione dicendi cauſa taliſ ob-

.r. ei
cenſuerũt

lata eſt in qua oratio deeſſe nemini poteſt.
Dicendum eſt enim de. Gn. Pompeio ſingula
ri eximiaq; uirtute; huiuſ autem orationiſ
difficiliuſ eſt exitum q̃ principium inue
nire. Ita mihi non tam copia q̃ moduſ in di
cendo querenduſ eſt, atq; ut inde oratio
mea proficiſcatur unde hec omniſ cauſa
ducatur. Bellum graue & periculoſum no
ſtriſ uectigalibuſ atq; ſociiſ a duobuſ poten
tiſſimiſ regibuſ infertur Mitridate & Tigra
ne quorum alter relictuſ alter laceſſitus oc
caſionem ſibi ad occupandam aſyam obla
tam eſſe arbitratur. Equitibuſ. r. honeſtiſ
ſimiſ uiriſ afferuntur ex aſia quottidie lit
tere quorum magne reſ aguntur in ueſ
triſ uectigalibuſ exercendiſ occupate qui
ad me p̃ neceſſitudine que mihi eſt cum il
lo ordine cauſam rei. p. periculaq; rerum
ſuarum detulerunt. Bithinie que nunc ue
ſtra prouincia eſt uicoſ exuſtoſ ee̅ compluřſ

poteſtate Luculum magniſ rebuſ geſtiſ ab eo
bello diſcedere huic quaſi ſuccurrerit non ſa
tiſ eē paratum ad tantum bellum adminiſ
trandum· Vnum ab omnibuſ ſociiſ & ciuibuſ
ad id bellum imperatorem depoſci atq; experi
eundem hunc unum ab hoſtibuſ metui: Pre
terea neminem· Cauſa que ſit uidetiſ. Nūc
quid agendum ſit conſiderate· Primum mi
hi uidetur de genere belli deinde de magnitu
dine tum de imperatore deligendo eē dicen
dum· Genuſ eſt enim eiuſmodi quod maxīe
ueſtroſ animoſ excitare atq; inflammare de
bet. Tradita eſt: Agitur ſaluſ ſociorum atq; āi
corum pro qua multa maioreſ noſtri mag̃
& grauia bella geſſerunt. Aguntur certiſſīa
p·r· uectigalia & maxima/ Quibuſ amiſſiſ &
pacis ornamenta & ſubſidia belli requiretiſ
A guntur bona multorum ciuium quibuſ &
a uobiſ & imperatoribuſ r·p· conſulendum. Et
q̄m ſemper appetenteſ glorie preter ceteraſ gē

teſ atq; auidi laudiſ fuiſtiſ. Delenda uobiſ eſt il
la macula mitridatico bello ſuſcepta ſuperiore
que penituſ iam inſedit atq; inueterauit in po
puli r. nomine q; iſ qui una die tota Aſia tot
in ciuitatibuſ uno nuntio atq; una ſignifica
tione litterarum ciueſ romanoſ necandoſ tr
ucidandoſq; denotauit non modo ad huc pe
nam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit ſed
ab illo tempore annum iam tertium & uige
ſimum regnat & ita regnat ut ſe non ponto
neq; capadocie latebriſ occultare uelit ſed e
mergere e patrio regno atq; in ueſtriſ uectiga
libuſ hoc eſt in aſie luce uerſari. & enim ita ue ad huc
ſtri cum illo rege contenderunt imperatoreſ
ut ab illo inſignia uictorie non uictoriam
reportarent. Triumphauit. L. Silla. triumpha
uit. L. Murena. De Mitridate duo fortiſſimi
& ſummi imperatoreſ ſed ita triumpharunt
ut ille pulſuſ ſuperatuſq; regnaret. Veruntamen
illiſ imperatoribuſ lauſ eſt tribuenda q; egerit

uenia danda q̄ relinquerunt propterea q̄ ab
eo bello Sillam in italiam .r.p. Murenam Sil
la reuocauit. Mitridateſ autem omne reliqu
um tempuſ non ad obliuionem ueteriſ bel
li ſed ad comparationem noui contulit qui
poſtea q̄ maximaſ hedificaſſ& ornaſſ&q; cl
aſſeſ exercituſq; permagnoſ quibuſcunq; ex
gentibuſ potuiſſ& comparaſſ& boſſoranis
finitimiſ ſuiſ bellum inferre ſimularet uſq;
in iſpaniã legatoſ ecbatanis miſit ad eoſ duceſ
quibuſ cum tum bellum gerebamuſ ut cum
duobuſ in locis diſiunctiſſimiſ maximeq; di
uerſiſ uno conſilio abuniuſ hoſtium copiiſ
bellum terra mariq; gereretur. Voſ ancipiti
contentione diſtracti de imperio dimicare
tiſ. Sed tamen alteriuſ partiſ periculum ſer
toriane atq; hiſpanienſiſ que multo plus
firmamenti ac roboriſ habebat. Gn. Pompeij
diuino conſilio ac ſingulari uirtute depul
ſum eſt. In altera parte ita reſ a L. Lucullo

ſummo uiro eſt adminiſtrata ut initia illa ge-
ſtarum rerum magna ac preclara non foeli-
citati eiuſ ſed uirtuti. Hec autem extrema q̄
nuper acciderunt non culpę ſed fortune tri-
buenda ēē uideantur. Sed de Luculo dicā
alio loco & ita dicam quiriteſ ut neq; uera la-
uſ ei detracta oratione noſtra neq; falſa ac
ficta ēē uideatur. Sed pro ueſtri imperii di-
gnitate atq; gloria quoniam iſ eſt excorſuſ
orationiſ mee uidete quem uobiſ animum
ſuſcipiendum putetiſ. Maioreſ ueſtri ſepe
mercatoribuſ aut nauiculatoribuſ iniuri
oſiuſ tractatiſ bella geſſerunt. Voſ tot ciuiū
ro. militibuſ uno nuncio atq; uno tempore
necatiſ quo tandem animo ēē debetiſ. Lega-
ti q; appellati erant ſuperbiuſ. Corinthum
patreſ ueſtri totiuſ gretie lumen extinctum
ēē uoluerunt. Voſ eum regem inultum ēē
patiemini qui legatum ·p· r· conſularem uī-
culiſ ac uerberibuſ atq; omni ſupplitio ex-

cruciatum necauit. Illi libertatem ciuium & im
minutam non tulere. Voſ uitam ereptam ne
gligetiſ: Iuſ legationiſ uerbo uiolatum illi per
ſecuti ſunt. uoſ legatum omni ſupplitio inter
fectum relinquetiſ. Videte ne ut illiſ pulcherri
mum fuit tantam uobiſ imperij gloriam re
linquere ſic uobiſ turpiſſimum ſit id quod
accepiſtiſ tueri & conſeruare non poſſe. Qd
q; ſaluſ ſociorum ſummum in periculum ac
diſcrimen uocatur: Regno expulſuſ eſt Ariobã
zaneſ rex ſociuſ .p. r. atq; amicuſ: imminent
duo regeſ toti Aſye non ſolum nobiſ inimi
ciſſimi, Sed & iam ueſtriſ ſocijſ atq; amicis ci
autem uitateſq; omneſ cuncta Aſia atq; Grecia ueſtrũ
auxilium expectare propter periculi magni
tudinem coguntur. Imperatorem a uobiſ certũ
depoſcere, cum preſertim uoſ alium miſeritiſ
neq; audent neq; ſe id facere ſummo ſine pe
riculo poſſe arbitrantur. Vident & ſentiunt
hoc idem quod uoſ unum uirum ẽẽ in quo

ſumma ſint omnia & cum prope eē quo etiam
carent egregiuſ cuiuſ aduentu ipſo atq; nomīē
tam & ſi ille ad maritimum bellum uenerit
tamen impetuſ hoſtium repreſſoſ eē intelligūt
ac retardatoſ hi uoſ quoniam libere loqui nō
licet tacite rogant/ut ſe quoq; ſicut ceterarum
prouinciarum ſocioſ dignoſ exiſtimetiſ quo
rum ſalutem tali uiro commendetiſ atq; h
etiam magiſ q̄ ceteroſ eiuſmodi in prouinciā
homineſ cum imperio mittimuſ ut &̃ ſi ab
hoſte defendant tamen ipſorum aduentuſ ī
in urbeſ ſociorum non multum ab hoſtili ex-
pugnatione differunt. hunc audiebant an-
tea nunc preſentem uident tanta temperan-
tia tanta manſuetudine tanta humāitate
ut hi beatiſſimi eē uideantur apud quoſ il
le diutiſſime commoratur. Quare ſi propter
ſocioſ nulla ipſi iniuria laceſſiti maioreſ ue-
ſtri cum Antioco cum Philippo cum etholiſ
cum peniſ bella geſſerunt quanto uoſ ſtudio

conuenit iniuriiſ prouocatoſ ſociorurum ſa-
lutem una cum imperii ueſtri dignitate de-
fendere preſertim cum de maximiſ ueſtris
uectigalibuſ agatur. Nam ceterarum pro-
uinciarum uectigalia quiriteſ tanta ſunt
ut hiſ ad ipſaſ prouinciaſ tutandaſ uix
contenti ēē poſſumuſ. Aſia uero tam opīa
eſt & fertiliſ ut & ubertate agrorum & ua-
rietate fructuum & magnitudine paſtio-
niſ & multitudine earum rerum que ex-
petuntur facile omnibuſ terriſ antecellat.
Itaq; hec uobiſ prouincia quiriteſ ſi & belli
utilitatem & paciſ dignitatem ſuſtinere
uultiſ non modo a calamitate ſed etiam
a metu calamitatiſ eſt defendenda. Nā
in ceteriſ rebuſ cū uenit calamitaſ tum
detrimentum accipitur. At in uectigalibuſ
non ſolum aduentuſ mali ſed & metuſ
ipſe affert calamitatem. Nam cum hoſti-
um copię non longe abſunt & ſi irruptio

·r· exportant

nulla facta ſit tamen pecora relinquuntur
agricultura deſeritur mercatorum naui-
gatio conquieſcit Itaq; neq; ex portu neq;
ex decimiſ neq; ex m̄ cultura uectigal cō- ·ſ· ſcriptura
ſeruari poteſt. Quare ſepe totuſ anni fru-
ctuſ uno rumore periculi atq; uno belli
terrore amittitur. quo tandem animo ēē
exiſtimatiſ aut eoſ qui uectigalia uobis
penſitant aut eoſ qui exercēt atq; exigūt
cum duo regeſ cum maximiſ copiiſ prope
adſunt. cum una excurſio equitatuſ per-
breui tempore totuſ anni uectigal aufer-
re poſſit cum publicani familiaſ maximaſ
quaſ in ſalinis habent quaſ in agriſ quaſ in
portibuſ atq; cuſtodiiſ mag° periculo ſe ha-
bere arbitrentur putatiſ ne uoſ illiſ rebus
frui poſſe niſi eoſ qui uobiſ fructuoſi ſunt
conſeruaueritiſ non ſolum ut ante dixi ca-
lamitate ſed etiam calamitatiſ formidine
liberatoſ: Ac ne illud quidem a uobiſ ne-

gligendum est quod mihi ego extremum pro
poſuerum cum eſſem de belli genere dicturus
quod ad multorum bona ciuium . r . perti
net quorum uobis pro uestra ſapientia qui
rites habenda est ratio diligenter. Nam pu &
blicani homines & honestiſſimi & ornatiſſi
mi ſuas rationes & copias in illam prouinciã
contulerunt quorum ipſorum per ſe res & for
tunę uobis cure ẽẽ debent. Etenim si uectigalia
neruos eſſe . r . p . ſemper diximus cum certe or
dinem qui exercet illa firmamentum cetero
rum ordinum recte ẽẽ dicemus. Deinde cete
ris ex ordinibus homines gnaui & industrij
partim in aſia negotiantur quibus uos abſẽ
tibus conſulere debetis partim eorum in ea
prouincia pecunias magnas collocatas habẽt.
Erit igitur humanitatis uestre magnum ciui
um eorum numerum calamitate prohibere
ſapientie uidere multorum ciuium calami
tatem a . r . p . ſe iunctam ẽẽ non poſſe. Etenim

illud primum parui refert uoſ publicaniſ am-
miſſiſ uectigalia poſtea uictoria recuperare
neq; iiſdem redimendi facultaſ erit propter
calamitatem neq; aliiſ uoluntaſ propter timo
rem. Deinde q; noſ eadem aſia atq; idem iſte
Mitridateſ initio belli aſiatici docuit id quđ
certe calamitate docti memoria retinere de
bemuſ. Nam tum cum in aſia reſ magnaſ per
multi ammiſerunt ſcimuſ rome ſolutione ĩ
pedita fidem concidiſſe non enim poſſunt i
una ciuitate multi rem ac fortunaſ amittẽ
ut non pluteſ ſecum in eandem trahant ca
lamitatem a quo periculo prohibete . r . p . &
mihi credite id quod ipſi uidetiſ . hec fideſ at
q; ratio pecuniarum que rome que in foro uer
ſatur implicata eſt cum illiſ pecuniiſ aſiaticis
& coheret . ruere illa non poſſunt ut hec non
eodem labefacta motu concidant Quare uide
te num dubitandum uobiſ ſint omni ſtudio
ad id bellum incumbere in quo gloria nõis

ueſtri ſaluſ ſociorum uectigalia maxima fortune plurimorum ciuium cum·r·p· defendūtur. Quoniam de genere belli dixi nunc de magnitudine belli pauca dicam. Poteſt enim h̄ dici belli genuſ ēē ita neceſſarium ut ſit gerendum nō ēē ita magnum ut ſit pertimeſcendum in quo maxime laborandum eſt ne forte a uobiſ que diligentiſſime prouidēda ſunt contemnenda ēē uideantur. Atq; ut omneſ intelligant me·L·Luculo tantum impartire laudiſ quantum forti uiro & ſapientiſſimo homini & magno imperatori debeatur. Dico eiuſ aduentu maximaſ Mitdatiſ copiaſ omnibuſ rebuſ ornataſ atq; inſtructaſ urbemq; Aſię clariſſimam uobiſq; amiciſſimam cizicenorum obſeſſam eſſe ab ipſo rege maxima multitudine & oppugnatam uehementiſſime qua·L·Lucullus uirtute aſſiduitate conſilio ſummiſ obſidioniſ periculiſ liberauit. Ab eodem impera-

tore claſſem magnam & ornatam que ducib3
ſertorianiſ ad Italiam ſtudio inflammato ra-
peretur ſuperatam ēē atq; depreſſam magnaſ
hoſtium copiaſ preterea multiſ preliiſ ēē de
letaſ patefactumq; noſtriſ legionibuſ eſſe
pontum qui ante populo ro. ex omni aditu
clauſuſ erat Sinopem atq; amixtum quibuſ
in oppidiſ erant domicilia regiſ omnibuſ re-
buſ ornata atq; refertaſ ceteraſq; urbeſ ponti
& capadotie permultaſ uno auditu aduen-
tu eſſe clauſaſ regem ſpoliatum regno pa-
trio atq; auito ad alioſ ſe regeſ atq; aliaſ gē-
teſ ſupplicem contuliſſe atq; hec omnia ſaluiſ
.p. romani ſociiſ atq; integriſ uectigalibus
ēē geſta ſatiſ opinor hoc eſſe laudiſ atq; ita
reputo ut uoſ hoc intelligatiſ a nullo iſtorum
qui huic obtrectant legi atq; cauſe .L. Lucul
lum ſimiliter ex hoc loco ēē laudatum. Re-
quiretur fortaſſe nunc q̄admodum cum hec
ita ſunt reliquum poſſit ēē magnum bellū

C ognoſcite quiriteſ non enim ſine cauſa queri
uidetur primum ex ſuo regno ſic Mitridateſ
profugit ut ex eodem ponto Medea illa quō
dam profugiſſe dicitur quam predicant in
fuga fratriſ ſui membra in hiiſ locis qua ſe pe
parenſ perſequeretur diſſipauiſſe ut eorum col
lectio diſperſa merorque patriſ celeritatem perſe
quendi retardaret. Sic Mitridateſ fugienſ ma
ximam uim auri atque argenti pulcherrimarumque
rerum omnium quaſ a maioribuſ acceperat
& ipſo bello ſuperiore ex tota Aſia direptaſ in
ſuum regnum congeſſerat in ponto omnem
reliquit. Hec dum noſtri colligunt omnia di
ligentiuſ rex ipſe e manibuſ effugit ita illum
in perſequendi ſtudio meror hoſ letitia retar
dauit. hunc in illo timore & fuga Tigranes
rex armeniuſ excepit diffidentemque rebuſ ſu
iſ confirmauit & afflictum erexit perditumque
recreauit cuiuſ in regnum poſtea quam L. Lucul
luſ cum exercitu uenit pluresſ etiam genteſ ue

contra imperatorem noſtrum concitatę ſunt
erat enim metuſ iniectuſ in hiſ nationibus
quaſ nunq̄. p. r. neq; laceſſendaſ bello neq; tē-
tandaſ putauit. Erat & alia grauiſ atq; uehe-
menſ opinio quę per animoſ gentium barba-
rarum peruaſerat fani locupletiſſimi & re-
ligioſiſſimi diripiendi cauſa in eaſ horaſ no-
ſtrum exercitum eē adductum ita nationeſ mul-
tę atq; magnę nouo quodam terrore ac metu
concitabantur. Noſter autem exercituſ & ſi
urbem ex tigraniſ regno ceperat & prelijſ uſ-
uſ erat ſecundiſ tamen nimia longinquita-
te locorum ac deſiderio ſuorum mouebatur.
Hic iam plura non dicam. fuit enim illud ex-
tremum ut ex hiſ lociſ a militibuſ noſtriſ red-
dituſ magiſ maturuſ q̄ proceſſio longior quę-
reretur. Mitridateſ autem & ſuam manum
iam confirmarat & eorum qui ſe ex eiuſ re-
gno collegerant & magniſ aduentitijſ mul-
torum regum & nationum iuuabatur. nſ.

H oc iam fere ſic fieri ſolere accepimuſ ut regū
afflicte fortune facile multorum opeſ allici-
ant ad miſericordiam maximeq; eorum aut
regeſ ſunt aut uiuunt in regno ut regale et
hiiſ nomen magnum & ſanctum ēē uide
atur. Itaq; tantum uictuſ efficere potuit
quantum incolumiſ nunq̄ eſt auſuſ op-
tare/nam cum ſe in regnum ſuum recepiſ
ſet non fuit eo contentuſ quod ei preter ſpē
acciderat ut illam poſtea q̄ pulſuſ erat ter-
ram unq̄ attingeret ſed in exercitum noſ
trum clarum atq; uictorem impetum fecit.
S inite hoc loco quiriteſ ſicut poetę ſolent q
reſ romanaſ ſcribunt preterire me noſtram
calamitatem que tanta fuit ut eam ad au-
reſ· L· Luculli non ex prelio nuncius ſed ex
ſermone rumor afferret· Hic in illo ipſo ma
lo grauiſſimaq; belli offenſione· L· Lucul-
luſ qui tamen atq; aliqua ex parte hiiſ in-
commodiſ mederi fortaſſe potuiſſet ueſtro

iuſſu coactuſq; imperij diuturnitati modum
ſtatuendum ueteri exemplo putauiſtiſ par-
q tem militum qui iam ſtipendiiſ confecti erât
dimiſit partem glabrioni tradidit. Multa et
preterea conſulto ſed ea uoſ coniectura per-
ſpiciatiſ quantum illud bellum factum pu
tetiſ quod coniungant regeſ potentiſſimi
renouent agitate nationeſ ſuſcipiant inte-
gre genteſ nouuſ imperator noſter accipiat
ueteri expulſo exercitu. Satiſ mihi multa
uerba feciſſe uideor. Quare hoc bellum eēē
genere ipſo neceſſarium magnitudine pe
riculoſum. Reſtat de imperatore eligendo
ad id bellum ac tantiſ rebuſ preficiendo
dicendum eē uideatur. Vtinã quiriteſ uiro-
rum fortium atq; innocentium copiam tã-
tam haberetiſ ut hec uobiſ deliberatio diffi-
·quē ciliſ eēē q̃nam potiſſimum tantiſ rebuſ ac
tanto bello preficiendum putaretiſ. Nunc
uero cum ſit unuſ. GN. Pom. qui non modo

eorum hominum qui nunc ſunt gloriam ſed
& antiquitatiſ memoriam uirtute ſupera
rit que reſ eſt cuiuſq̃ que animum in hac
cauſa dubium facere poſſit. Ego enim ſic
exiſtimo inſummo imperatore quattuor
haſ reſ in eſſe oportere ſcientiam rei milita
riſ. uirtutem auctoritatem felicitatem. Quiſ
igitur hoc homine unq̃ ſcientior aut fuit
aut ee̋ debuit qui eludo atq; pueritiae diſ
ciplina bello maximo atq; acerrimiſ hoſtib;
ad patriſ exercitum atq; in militie diſcipli
nam profectuſ eſt qui extrema pueritia mi
leſ ſummi fuit imperatoriſ ineunte adoleſcē
tia maximi ipſe exercituſ imperator qui ſe
piuſ cum hoſte conflixit q̃ quiſq̃ inimico ·cū
concertauit plura bella geſſit q̃ ceteri legerūt
pluréſ prouinciaſ confecit q̃ alii concupiuerūt.
Cuiuſ adoleſcentia ad ſcientiam rei milita
riſ non alieniſ preceptiſ ſed ſuiſ imperiiſ nō
offenſionibuſ belli ſed uictoriiſ non ſtipendiiſ

ſed triūphiſ

ſed triumphiſ eſt tradita quod deniq; genuſ bel-
li eſſe poteſt inquo illum non exercuerit fo̅-
tuna. r. p. ciuile africanum tranſalpinum
hiſpanienſe mixtum ex ciuitatibuſ atq; ex
bellicoſiſſimiſ c̨natio̅ibuſ ſeruile nauale
bellum uaria & diuerſa genera & bellorum
& hoſtium non ſolum geſta ab hoc uno ſed
etia̅ confecta nullam rem ēē declarant in
uſu militari poſitam que huiuſ uiri ſcien
tia̅ fugere poſſit. Iam uero uirtuti. Gn. Po̅.
que poteſt oratio par inueniri quid eſt q̄d
quiſq̄ aut dignum illo aut uobiſ nouum
aut cuiq̄ inauditum poſſit afferre neq; n
enim ille ſunt ſole uirtuteſ imperatorie q̄
uulgo exiſtimantur labor in negociiſ for-
titudo inpericuliſ induſtria inagendo ce-
leritaſ in conficiendo conſilium in proui-
dendo que tanta ſunt in hoc uno quanta
inomnibuſ reliquiſ imperatoribuſ quos
aut uidimuſ aut audiuimuſ no̅ fuerunt.

ille T estiſ eſt italia quam ipſe uictor. L. Silla hu
iuſ uirtute & ſubſidio confeſſuſ eſt libera- ee
tam. Teſtiſ eſt Sicilia quam multiſ undi
q; cinctam periculiſ non terrore belli ſed
celeritate conſilii explicauit. Teſtiſ affri-
ca que magniſ oppreſſa hoſtium copiis
eorum ipſorum ſanguine redundauit.
T eſtiſ eſt gallia per quam legionibuſ no-
ſtriſ in hiſpaniã iter gallorum internicio-
ne patefactum eſt. Teſtiſ eſt hiſpania que
ſepiſſime plurimoſ hoſteſ ab hoc ſuperatoſ
proſtratoſq; conſpexit. Teſtiſ eſt iterum &
ſepiuſ Italia que cum ſeruili bello tetro pe-
riculoſoq; premeretur ab hoc auxilium ab-
ſente expetiuit quod bellum expectatione
attenuatum atq; imminutum eſt aduen-
tu ſublatum ac ſepultum. Teſteſ uero iam
omneſ ore atq; extere gentes ac nationeſ
denique maria omnia cum uniuerſa tum
in ſingulis oriſ omneſ ſinuſ atq; portus

Quiſ enim toto mari locuſ per hoſ annoſ aut
tam firmum habuit preſidium ut tutus
eſſet aut tam fuit abdituſ ut lateret · Quiſ na-
uigauit qui non ſe aut mortiſ aut ſeruitu
tiſ periculo committeret/ cum aut hieme
aut referto predonum mari nauigaret.
Hoc tamen bellum tam turpe tam uetuſ tam
late diuiſum atq; diſperſum: quiſ umq̃ arbi
traretur aut ab omnibuſ imperatoribuſ u-
uno anno aut omnibuſ anniſ ab uno im-
peratore romano confici poſſe · Quam p-
uinciam tenuiſtiſ a predonibuſ liberam
per hoſce annoſ: quod uectigal uobiſ tutū
fuit/ quem ſocium defendiſtiſ/ Cui preſſidio
claſſibuſ ueſtriſ fuiſtiſ: q̃ multaſ aut me-
tu relictaſ aut a predonibuſ captaſ urbeſ
ēē ſociorum · Sed quid ego longinq̃ com-
memoro fuit hoc quondam fuit hoc pro-
prium · p · r · longe a domo bellare & propu-
gnaculiſ imperij ſociorum fortunaſ non

q̃ multaſ exiſti
īſulaſ ēē deſerta

ſua tecta defendere. Sociiſ noſtriſ ego mare
clauſum per hoſce annoſ dicam fuiſſe: cum
exercituſ noſtri a Brundiſio nunq̃ niſi ſū
ma hieme tranſmiſerint. Quid ad uoſ cū
ab extermiſ nationibuſ uenirent captoſ q̄
rar cum legati po. r. redempti ſint. Merca-
toribuſ tutum mare non fuiſſe dicam cu
duodecim ſecureſ in predonum poteſtatem
peruenerint. Quid autem colophonem aut
ſamum nobiliſſimaſ urbeſ innumerabiles
q; aliaſ captaſ ēē commemorem cum ueſtroſ
portuſ atq; eoſ portuſ quibuſ uitam & ſpiri
tum ducatiſ in predonum fuiſſe poteſtate ſci
atiſ. An ignoratiſ uero portum Caiete cele
berrimum atq; pleniſſimum nauium inſpe
ctante pretore a predonibuſ ēē direptum.
ex miſeno autem eiuſ ipſiuſ liberoſ qui cū
predonibuſ antea ibi bellum geſſerat apre-
donibuſ ēē ſublatoſ. Nam quid ego hoſtiē
ſe incommodum atq; illam labem atq; ig̃

transmiſſi ſint

miniam · r · p · querar cum prope inſpectantib3
uobiſ claſſiſ ea cui conſul · p · r · prepoſituſ eēt
a predonibuſ capta atq; oppreſſa eſt prohdij
immortaleſ tanta ne uniuſ hominiſ incre
dibiliſ ac diuina uirtuſ tam breui tempore
lucem afferre · r · p · potuit ut uoſ qui modo
ante hoſtium tiberinum claſſem hoſtium
uidebatiſ hi nunc nullam intra oceanum
hoſtium predonum nauem eſſe auditiſ · Atq;
hec qua celeritate geſta ſint q̄ q̄ uidetiſ tamē
a me in dicendo pretereunda non ſunt · Quiſ
enim unq̄ aut obeundi negocij aut conſeq̄n
di queſtuſ ſtudio tam breui tempore tot loca
adire tantoſ curſuſ conficere potuit q̄ celeri
ter · Gn · pom · duce belli impetuſ nauigauit q
ſiciliam adiit affricam explorauit in ſardi
niam cum claſſe uenit non dum tempeſti
uo ad nauigandum atq; hec tria frumentaria mari
ſubſidia · r · pu · firmiſſimiſ preſidiiſ claſſibuſ
q; muniuit · Inde ſe cum in italiam recepiſ

ſ& duabuſ hiſpaniiſ ac gallia ciſalpina preſi-
diiſ ac nauibuſ confirmata miſſiſ. Item in
oram illirici mariſ & in achaiam omnemq;
greciam nauibuſ Italia duo maria maxīs
claſſibuſ firmiſſimiſq; preſidiiſ adornauit
ipſe autem ut a brundiſio profectuſ eſt un-
de quinquageſimo die totam ad imperiuȝ
p. r. ſiciliam adiunxit. Omneſ qui ubiq; p̃
doneſ fuerunt partim capti interfectiq; ſũt
partim uniuſ huiuſ imperio ac poteſtati ſe
dederunt. idem cretenſibuſ cum ad eum
uſq; in pamphiliam legatoſ deprecatoreſ-
q; miſiſſ& ſpem deditioniſ non ademit
obſideſq; imperauit ita tantum bellum
tam diuturnum tam longe lateq; diſper-
ſum quo bello omneſ genteſ ac nationes
premebantur. Gn. pom. extrema hieme
ſ
aperuit apparauit ineunte uere ſuſcepit media eſ-
ſtate confecit. hec eſt diuina atq; incredi-
bilis uirtuſ imperatoriſ. Quid cetere quas

paulo ante commemorare ceperam quāte
q̄ atq; multe ſunt. Non enim bellandi uir
tuſ ſolum in ſummo ac perfecto imperatōe
querenda eſt, ſed multe ſunt arteſ eximię
huiuſ adminiſtre comiteſq; uirtutiſ. Ac pri
mum quanta innocentia debent ēē impera
toreſ, quanta deinde omnibuſ in rebuſ tē
perantia quanta fide quanta facilitate. r felicitate
quanto ingenio quanta humanitate: que
breuiter quanta ſint in. Gn. pompeio con
ſideremuſ. Summa enim ſunt omnia q.
quiriteſ ſed ea magiſ ex aliorum contentiōe comparatiōe
platione q̄ ipſa per ſe ſe cognoſci atq; intel
ligi poſſunt. Quem enim poſſumuſ impe
ratorum aliquo in numero putare cuiuſ
in exercitu ueneant centuriatuſ atq; uene
rint: Quiſ hunc hominem magnum aut
amplum de. r. p. cogitare qui pecuniam ex
erario depromtam ad bellum adminiſtrā
dum aut propter cupiditatem prouincię

magiſtratibuſ diuiſerit aut propter auaritiam
romę in queſtu reliquerit. Veſtra admurmu
ratio Quiriteſ facit ut agnoſcere uideamini
qui hec fecerint. Ego autem nomino neminē
quare iraſci nemo mihi poterit niſi qui an-
te de ſe uoluerit confiteri. Itaq; propter hãc
auaritiam imperatorum quantaſ calami
tateſ quocunq; uentum ſit noſtri exercituſ ferat
quiſ ignorat itinera que per hoſce annos
in italia per agroſ atq; oppida ciuium .r. noſtri
imperatoreſ fecerint recordamini tum
faciliuſ ſtatuetiſ quid apud exteraſ natio
neſ fieri exiſtimetiſ. Vtrum plureſ arbitra
mini per hoſce annoſ militum ueſtrorum
armiſ hoſtium urbeſ an hiberniſ ſociorum
ciuitateſ ēē deletaſ. Neq; enim poteſt exer
citum iſ continere imperator qui ſe ipſum
non continet neq; ſeueruſ ēē in iudicando
qui alioſ in ſe ſeueroſ ēē iudiceſ non uult.
Hic miramur hũc hominem tantum excellē

ceteriſ cuiuſ legioneſ ſic in aſiam peruenerīt
ut non modo manuſ tanti exercituſ ſed ne
ueſtigium ″ cuiq̄ pacato nocuiſſe dicatur· Iā
uero q̄admodum militeſ hibernent q̄tidie
ſermoneſ ac littere perferuntur non modo
ut ſumptum faciat in militem nemini uiſ
affertur ſed ne cupienti quidem cuiq̄ permit-
titur hiemiſ enim non auaritie perfugiū
maioreſ noſtri in ſociorum atq; amicorum
tectiſ eē uoluerunt· Age uero ceteriſ in rebꝫ
qualiſ ſit temperantia conſiderate· Unde il-
lam tantam celeritatem & tam incredibilē
curſum inuentum putatiſ: non enim illū
eximia uiſ remigum aut arſ inaudita que
dam gubernandi aut uenti aliqui noui tā
celeriter in ultimaſ terraſ pertulerunt· Sed
hee reſ que ceteroſ remorari ſolent non re-
tardarunt non auaritia ab inſtituto curſu
ad predam aliquam deuocauit non libido
ad uoluptatem non amenitaſ ad delectatio-

″ quidem

non nobilitaſ urbiſ ad cognitionem, non de-
niq; labor ipſe ad quietem. Poſtremo ſigna
& tabulaſ ceteraq; ornamenta grecorum op-
pidorum que ceteri tollenda ēē arbitrant͛
ea ſibi ille ne uiſenda quidem exiſtimau-
it. Itaq; omneſ quidem nunc in hiſ locíſ
Gn. pom. ſicut aliquem non ex hac urbe
miſſum ſed de celo delapſum intuentur.
Nunc deniq; incipiunt credere fuiſſe homi-
neſ romanoſ hac quondam abſtinentia
quod iam nationibuſ exteriſ incredibile
ac falſo memorie proditum uidebatur. Nūc
imperii ueſtri ſplendor illiſ gentibuſ lucet.
Nunc intelligunt non ſine cauſa maiores
ſuoſ tum cum hac temperantia magiſtra-
tuſ habebamuſ ſeruire. p. r. q̄ imperare ali-
iſ maluiſſe. Iam uero ita facileſ aditus ad
eum priuatorum, ita libere querimonie
de aliorum iniuriiſ ēē dicuntur ut iſ
qui dignitate principibuſ excellit facilita-

te infimiſ par ēē uideatur. Iam quantum
conſilio quantum dicendi grauitate &
copia ualeat in quo ipſo ineſt quedam
dignitaſ imperatoria uoſ quiriteſ hoc ip
ſo in loco ſepe cognoſcaſtiſ: fidem uero eiuſ
inter ſocioſ quantam exiſtimari putatis
quam hosteſ omnium gentium ſanctiſſimā
iudicarint: Humanitate iam tanta eſt ut
difficile dictu ſit, utrum hosteſ magiſ uir
tutem eiuſ pugnanteſ timuerint an man
ſuetudinem uicti dilexerint. Et quiſq̃ du
bitabit quin huic tantum bellum hoc trā
ſmittendum ſit, qui ad omnia noſtre me
morie bella conficienda diuino quodam
conſilio natuſ ēē uideatur. Et quoniam
auctoritaſ multum in belliſ quoq; admi
niſtrandiſ atq; imperio militari ualet certe
nemini dubium eſt quin ea in re idem il
le imperator plurimum poſſit. Vehemen
ter autem pertinere ad bella miniſtranda

Quid hoſteſ quid ſocii de imperatoribuſ ueſtris
exiſtiment quiſ ignorat cum ſciamuſ homi-
neſ in tantiſ rebuſ ut aut contemnant aut me-
tuant aut oderint aut ament opinione non-
minuſ fame q̃ aliqua certa ratione commo
ueri. Quod igitur nomen unq̃ in orbem ter-
rarum clariuſ fuit cuiuſ reſ geſte pareſ de
quo homine uoſ id quod maxime facit au
ctoritatem tanta & tam preclara iuditia
feciſtiſ: An uero ullam uſq̃ ẽẽ horam tam
deſertam putatiſ quo non illiuſ diei fama
peruaſerit, cum uniuerſuſ. p. r. referto foro cõ-
pletiſq; omnibuſ templiſ ex quibuſ hic locuſ
conſpici poteſt. unum ſibi ad commune oĩ-
um gentium bellum. Gn. pom. imperatorẽ
depopoſcit. Itaq; ut plura non dicam neq; r
aliorum exempliſ confirmem quantum
huiuſ auctoritaſ ualeat in bello ab eodem
Gn. pom. omnium rerum egregiarum exem-
pla ſummantur. Qui quo die a uobiſ marit-

timo bello prepoſitus eſt imperator tanta repe-
te uilitas annone ex ſumma inopia & cari
tate rei frumentarie conſecuta eſt unius ſpe
& nomine quantam uix ex ſumma ubertate
agrorum & diuturna pax efficere potuiss&.
Iam accepta in ponto calamitate ex eo pre-
lio de quo uos paulo ante inuitus admonui
cum ſocii pertimuiss&: hoſtium opes animiq;
creuiſſent ſatis firmum preſidium prouincia
non haber& amiſiſſetis aſiam quirites niſi id
ipſum eius temporis diuinitus. Gn. pomp. ad
eas regiones fortuna .p.r. attuliss& huius ad-
uentus & Mitridatem inſolita inflamma-
tum uictoria continuit & Tigranem ma-
gnis copiis minitantem aſię retardauit &
quiſq̃ dubitauit quin uirtute perfecturus
ſit qui tantum auctoritate perfecerit aut
q̃ facile imperio atq; exercitu ſocios & uecti-
galia conſeruaturus ſit qui ipſo nomine
ac rumore defenderit. Age uero illa res

quantam declarat eiuſdem hominiſ apud
hoſteſ · p · r · auctoritatem q̄ ex lociſ tam lō -
ginquiſ tamq; diuerſiſ tam breuiori tempo
// omneſ una huic
re ſe dederunt · Quid cretenſium legati cū
in eorum inſula noſter imperator exercitusq;
eſſet ad Gn · pom · in ultimaſ prope terraſ
uenerunt, eiq; ſe omneſ cretenſium ciui -
tateſ dedere uelle dixerunt. Quid idem iſ -
te Mitridateſ nonne ad eundem · Gn · pō ·
legatum uſq; in hiſpaniam miſit, eumq;
pompeiuſ legatum ſemperq; iudicauit: hi
quibuſ ſemper erat moleſtum ad eum po
tiſſimum ēē miſſum ſpeculatorem q̄ le -
gatum iudicari maluerint. Poteſtiſ igitur
iam conſtituere quiriteſ hanc auctorita -
tem multiſ poſtea rebuſ geſtiſ magniſq;
ueſtriſ iudiciiſ amplificatam quantum
apud illoſ regeſ: quantum apud exteraſ na -
tioneſ ualituram ēē exiſtimetiſ. Reliquū
eſt ut de felicitate quam preſtare de ſe ipō

nemo poteſt meminiſſe & commemorare
de altero poſſumuſ ſicut eſt homineſ de- equum
poteſtate deorum timide & pauca dicam.
Ego enim ſic exiſtimo Maximo Marcello:
Scipioni: Mario & ceteriſ magniſ imperato-
ribuſ non ſolum propter uirtutem ſed etiã
propter fortunam ſepiuſ imperia mandata
atq; exercituſ ẽẽ commiſſoſ: fuit enim pro-
fecto quibuſdam ſummiſ uiriſ quedam ad
amplitudinem & ad gloriam & ad reſ ma-
gnaſ bene gerendaſ diuinituſ adiuncta fortu-
na. De huiuſ autem hominiſ felicitate quo
de nunc agimuſ hac utar moderatione di-
cendi non ut in illiuſ poteſtate fortunam
poſitam ẽẽ dicam ſed ut preterita meminiſ-
ſe reliqua ſperare uideamur ne aut inuiſa
diiſ inmortalibuſ oratio noſtra aut ingra-
ta ẽẽ uideatur. Itaq; non ſum predicaturuſ
quantaſ ille reſ domi militieq; terra mariq;
quantaq; felicitate geſſerit ut eiuſ ſepe uo-

luntatibuſ non modo ciueſ aſſenſerint ſocii obtẽ-
perarint hoſteſ obedierint/ſed etiam uenti tẽ
peſtateſq; obſecundarint hoc breuiſſime dicã
neminem unq̃ tam impudentem fuiſſe qui
a diiſ inmortalibuſ tot & tantaſ reſ tacitus
auderet optare quot & quantaſ dii inmor
taleſ ad · Gn · pom · contulerunt quod ut il ·
li propium ac perpetuum ſit Quiriteſ cum
communiſ ſalutiſ atq; imperij tamen ipſiꝰ
hominiſ cauſa ſicuti facitiſ uelle & optare
debetiſ. Quare cum & bellum ita ſit neceſſa-
rium ut negligi non poſſit ita magnum ut
accuratiſſime ſit adminiſtrandum & cum
ei imperatorem preficere poſſitiſ in quo ſit
eximia belli ſcientia ſingulariſ uirtuſ clariſ-
ſima auctoritaſ egregia fortuna dubitatis
quiriteſ quin hoc tantum boni quod ab di ·
iſ inmortalibuſ oblatum & datum eſt in
rem · p · conſeruandam atq; amplificandam
conferatiſ. Q; ſi rome · Gn · pom · priuatuſ eẽẽ

hoc tempore tamen ad tantum bellum iſ eēt
deligenduſ atq; mittenduſ. Nunc cum ad ce-
teraſ utilitateſ ſummaſ hec quoq; oportuni
taſ adiungatur ut in hiſ ipſiſ lociſ adſit ut
habeat exercitum ut ab hiſ qui habent acci
pere poſſint expectamuſ aut cur non duci quid
buſ diſ inmortalibuſ eidem cui cetera ſum-
ma cum ſalute · r · p · commiſſa ſunt hoc quo-
q; bellum regium committimuſ. Etenim uir
clariſſimuſ · r · p & ueſtriſ beneficiiſ ampliſſi-
miſ affectuſ · Q · Catuluſ Itemq; ſummiſ orna-
mentiſ honoriſ fortunę uirtutiſ ingenii pre
dituſ · Q · Hortenſiuſ ab hac ratione diſſentiūt ·
Quorum ego auctoritatem apud uoſ multiſ
lociſ plurimum ualuiſſe & ualere oportere
confiteor · Sed in hac cauſa tam & ſi cogno-
ſcitiſ auctoritateſ contrariaſ fortiſſimorum
uirorum & clariſſimorum tamen omiſſis
auctoritatibuſ ipſa re & ratione exquirere
poſſumuſ ueritatem atq; hoc faciliuſ q; ea

omnia que a me adhuc dicta ſunt idem iſta
uera ēē concedunt & neceſſarium bellum
ēē & magnum & in uno ·Gn· pom· ſumma
ēē omnia. Quid igitur ait Hortenſius ſi a
uni attribuenda omnia ſunt unum dig'ſ-
ſimum ēē· Pom· ſed ad unum tantum oīa
deferri non oportere· Obſoleuit iam iſta ra
tio re multo magiſ q̃ uerbiſ refutata· Nā
tu idem ·Q· Hortenſi multa pro tua ſūma
copia ac ſingulari facultate dicendi & in-
ſenatu contra uirum fortem Aulum Gabi
nium grauiter ornateq; dixiſti; cum iſ de
uno imperatore contra predoneſ conſtitu-
endo legem promulgaſſ&: & ex hoc ipſo
loco permulta idem contra legem uerba
feciſti. Quid tū per deoſ inmortaleſ ſi pluſ
apud ·p·r· auctoritaſ tua q̃ ipſiuſ ·p·r· ſalꝰ
& uera cauſa ualuiſſ&· hodie hanc gloriam
atq; hoc orbiſ terrę imperium teneremuſ.
An tibi tum imperium ēē hoc uidebatur

cum. p. r. legati pretores questoresq; capiebantur. cum ex omnibus prouinciis commeatu & priuato & publico prohibebamur. Cum ita clausa nobis omnia maria ut neq; priuatam rem maritimam neq; publicam iã obire possemus. Que ciuitas antea unq̃ fuit non dico atheniensium que satis late quondam mare tenuisse dicatur non carthaginensium qui permultum classe maritimisq; rebus ualuerunt, non rhodiorum quorum usq; ad nostram memoriam disciplina naualis & gloria remansit que ciuitas antea unq̃ tam tenuis tam parua ĩsula fuit que non portus suos & agros & aliquam partem regionis atq; ore maritime per se ipsa defenderet. At hercule aliquot annos continuos ante legem gabiniam ille. p. r. cuius usq; ad nostram memoriam nomen inuictum in naualibus pugnis permanserat magna ac multo maxima

erant
marinam

parte non modo utilitatiſ ſed dignitatiſ atq;
imperii caruit. Noſ quorum maioreſ Antio-
chum regem claſſe Perſenq; ſuperarunt oĩ-
buſq; naualibuſ pugniſ carthaginenſeſ ho-
mineſ in marittimiſ rebuſ exercitatiſſimoſ
paratiſſimoſq; uicerunt. Hi nullo in loco
iam predonibuſ ẽẽ poteramuſ. Noſ quoq;
qui antea non modo italiam tutam habe-
bamuſ ſed omneſ ſocioſ in ultimiſ oriſ aucto-
ritate noſtri imperii ſaluoſ preſtare potera-
muſ tum cum inſula deloſ tam procul a no-
biſ inegeo mari poſita quo omneſ undiq; cũ
mercibuſ atq; oneribuſ commeabant referta
diuitiiſ parua ſine muro nihil timebant idẽ
non modo prouinciiſ atq; oriſ italię maritti-
miſ ac portibuſ noſtriſ ſed & appia iam uia ca-
rebamuſ & hiſ temporibuſ non pudebat ma-
giſtratuſ p. ro. in hunc ipſum locum aſcendẽ
cum eum uobiſ maioreſ ueſtri exuuiiſ nauti-
ciſ & claſſium ſpoliiſ ornatum reliquiſſent. ar-

pares

Bono re

Bono te animo. Q. Hortenſi. p. r. & ceteroſ qui erãt erant in eadem ſententia dicere exiſtimauit ea que ſentiebatiſ ſed tamen in ſalute communi idem p. r. dolori ſuo maluit q̃ auctoritati ue ſtrę obtemperare. Itaq; una lex unuſ uir unuſ annuſ non modo noſ illa miſeria ac turpitu dine liberauit ſed etiam effecit ut aliquando uere uideremur omnibuſ gentibuſ ac nationi buſ terra mariq; imperare. quo mihi etiam ĩ dignius uidetur obtrectatum ẽẽ adhuc Gabi nio dicam an ne Pompeio an utriq; id quod ẽ uerius ne legaretur. A. Gabiniuſ G. Pompeio ex pectanti ac poſtulanti. Vtrum ille qui poſtu lat legatum ad tantum bellum quem uelit idoneuſ non eſt qui impetret cum ceteri ad expilandoſ ſocioſ diripiendaſq; prouinciaſ. i quoſ noluerunt legatoſ eduxerunt. An ipſe cu iuſ lege ſaluſ ac dignitaſ p. r. atq; omnibus gentibuſ conſtituta eſt experſ ẽẽ debet glorię eiuſ imperatoriſ atq; eiuſ exercituſ qui conſi-

expetenti

21

lio ipſiuſ atq; periculo eſt conſtitutuſ an. C.
Falcidiuſ. Q. Metelluſ. Q. Celiuſ Latinienſiſ. Gn.
Lentuluſ quoſ omniſ honoriſ cauſa nomĩo
rum tribuni fuiſſ& anno proximo legati .pl.
ẽẽ potuerunt in hoc uno Gabinio ſunt tã
diligenteſ qui in hoc bello quod lege gabinia
geritur in hoc imperatore atq; exercitum qui-
em per ſe ipſe conſtituit & precipuo uiro ẽẽ ipſo
deber& de quo legando conſuleſ ſpero ad ſe-
natum relaturoſ qui ſi dubitabunt aut gra-
uabuntur ego me profiteor relaturum / nec
me impedi& eiuſ Quiriteſ inimicum edictũ
quo minuſ fretuſ uobiſ ueſtrũ iuſ benefiti-
umq; defendam neq; preter interceſſionem
quicq̃ audeam / de qua ut arbitror iſti ipſi
qui minantur etiã q; atq; etiam quid liceat
conſiderabunt. Mea quidem ſententia qui-
riteſ unuſ. A. Gabiniuſ belli maritimi geſ-
tarumq; rerum. Gn. Pom. aſcribitur / propter-
ea q; alterum illud bellum ſuſcipiendum

uestris suffragiis detulit alter delatum susceptumq;
confecit. Reliquum est ut de Q. Catuli auctorita-
te & sententia dicendum ēē uideatur qui cum
ex uobis quereret si in uno Gn. pom. poneretis omnia
si quid de eo factum ēēt in quo spem essetis
habituri cepit magnum sue uirtutis fructū
ac dignitatis cum omnes una prope uoce in
ipso eo uos spem habituros ēē dixistis & enim ta-
lis est uir ut nulla res tanta sit ac tam diffici-
lis q̄ ille non & consilio regere & integritate
tueri & uirtute ɔficē possit. Sed in hoc ipso ab
eo uehementissime dissentio. Q. quo minus cer-
ta est hominum ac minus diuturna uita hoc
magis. r. p. dum per deos inmortales licet frui
debet summi hoīs uita atq; uirtute. At enim
inquit noui nihil fiat contra exempla atq;
instituta maiorum. Non dico hoc loco maiores
nostros semper in pace consuetudini in bello
utilitati paruisse semper ad nouos casus tē-
porum nouorum consiliorum rationes ac-

commodauiſſe non dicam duo bella maxima
punicum & hiſpanienſe ab uno imperatore
ee confecta duaſq; urbeſ potentiſſimaſ que hu
ic imperio maxime minitabantur carthagi
nem atq; numantiam ab eodem Scipione ee
deletaſ. Non commemorabo nuper ita uobis
patribuſq; ueſtriſ ee uiſum ut in uno. C. Maīo
ſpeſ imperii poneretur ut idem cum Iugurta
idem cum cimbriſ idem cum theutoniſ bel
lum adminiſtrare. In ipſo Gn. Pom. in quo
noui nil conſtitui uult. Q. Catuluſ q̄ multa ſiīt
noua ſumāq; Catuli uoluntate conſtituta re
cordamini. Quid tam nouum q̄ adoleſcentu
lum priuatum exercitū difficili r p. tempore
conficere/confecit huic preeſſe prefuit rem op
time ductu ſuo gerē geſſit. Quid tam preter cō
ſuetudinem q̄ homini peradoloſcenti cuiuſ
a ſenatorio gradu etaſ longe ab ee imperiū
atq; exercitum dari Siciliam permitti atq; af
fricam bellumq; in ea adminiſtrandum fuit=

ī his prouinciis

ſingulari innocentia grauitate uirtute bellū in
affrica maximum confecit uictorem exercitū
deportauit. Quid uero tam inauditum q̄ eqtes
ro. triumphare. at eā quoq; rem. p. r. nō modo
uidit ſed & oīum ſtudio uiſendam putauit
quid tā inuſitatum q̄ duo cū conſules clariſſi-
fortiſſimiq; eſſent eques ro. ad bellum maxīum
formidoloſiſſimumq; proconſule mitteretur
miſſus eſt quoquidem tempore cū eē& non ne-
mo in ſenatu qui dicer& non oportere mitti.
hominem priuatum pro conſule. L. Philippus
dixiſſe dicitur non ſe illum ſua ſententia pro
conſule ſed pro conſulibus mittere tanta in eo
r. p. benegerende ſpes conſtituebatur ut duorꝝ
conſulum munus unius adoleſcentis uirtu-
ti committeretur. Quid tam ſingulare q̄ ut
ex. s. c. legibus ſolutus conſul ante fier&. q̄
ullum alium magiſtratum per leges capere
licuiſſ&. Quid tam incredibile q̄ ut iterum
eques. r. ex. ſ. c. triumphar& que in omnibus

hominibuſ noua hominum memoriā conſti (post)
tuta ſunt ea tam multa non ſunt q̄ue hec in (q)
hoc uno homine uidemuſ. Atq; hec tot exem
pla tanta ac noua perfecta ſunt in eundem
hominem a. Q. Catulo atq; a ceterorum eiuſ-
dem dignitatiſ ampliſſimorum hominum
auctoritate. Quare uideant ne ſit periniqu-
um & non ferendum illorum auctoritatē
de. Gn. Pompeio dignitatem a uobis com-
probatam ſemper ēē ueſtrum ab illiſ de eo-
dem homine iudicium p. q. r auctoritates
(iam) improbari preſertim cum ſuo iure. po. ro. ī
hoc homine ſuam auctoritatem uel contra
omneſ qui diſſentiunt poſſit defendere pro-
(reclamantibus) pterea q; iſtiſ reclamationibuſ uoſ illum ex (unum)
omnibuſ delegiſtiſ quem bello predonum
preponeretiſ hoc ſi uoſ temere feciſtiſ & rei
(isti) p. parum conſuluiſtiſ recte hi ſtudia ueſtra
ſuiſ conſiliiſ regere conantur. Sin autem
uoſ pluſ tum in re p. uidiſtiſ uoſ hiſ repu-

gnantibuſ per uoſmetipſoſ dignitatem huic im-
perio ſalutem orbi terrarum attuliſtis ali-
quando iſti principeſ & ſibi & ceteris . p.r.
uniuerſi auctoritati parendum eē fateantur
atq; in hoc bello aſiatico & regio non ſolum
militariſ illa uirtuſ que eſt in . Gn . Pom . ſingu-
lariſ ſed alie quoq; uirtuteſ animi multe &
magne requirentur difficile eſt in Aſia Cilitia Sicilia
ſcitia regniſq; interiorum nationum ita uer-
ſari noſtrum imperatorem ut nihil aliud q̄ de
hoſte ac de laude cogitet. Deinde ſi qui ſunt pu-
dore ac temperantia moderationiſ tamen eos
taleſ propter multitudinem cupidorum hoīum
nemo arbitratur difficile eſt dictu quirites
quanto in odio ſumuſ apud exteraſ nationes
propter eorum quoſ ad eaſ hoc anno cum im-
perio miſimuſ iniuriaſ ac libidines quod
enim fanum putetiſ in illis terriſ noſtris
magiſtratibuſ religioſum q̄ ciuitatem ſan-
ctam quam domum ſatiſ clauſam ac muni-

tam fuiſſe · Vrbeſ iam locupleteſ & copioſe requi-
runtur quibuſ cauſa belli propter diripiendi
cupiditatē inferatur libenter hoc coram cum
· Q · Catulo & Q · Hortenſio diſputarem ſummis
& clariſſimiſ uiriſ · Nouerunt enim ſociorum
uulnera uident eorum calamitateſ querimo
niaſ audiunt pro ſociiſ uoſ contra hosteſ ex-
ercitum mittere putatiſ an hostium ſimula-
tione contra ſocioſ atq; amicoſ que ciuitas est
in aſia que non modo imperatoriſ aut legati
ſed uniuſ tribuni militum animoſ ac ſpem
capere poſſit quare etiam ſi quem habetis qui
collatiſ ſigniſ exercituſ regioſ ſuperare poſſe
uideatur tamen niſi erit idem qui ſe a pecuniiſ
ſociorum qui ab eorum coniugibus ac li-
beriſ qui ab auro gazaq; regia manus ocu
loſ animum cohibere poſſit non erit idoneuſ
qui ad bellum aſiaticum regiumq; mittatur.
Et quam putatiſ ciuitatem pacatam fuiſſe
que locupleſ ſit & quam ēē locupletem que

iſtiſ pacatam ee uideatur. Ora maritima quirites
Gn. pom. non ſolum propter rei militariſ glo-
riam ſed etiam propter animi continentiam
requiſiuit. Videbat enim. p. r. non locupletari
quotanniſ pecunia publica preter paucoſ ne-
q; eoſ quicq̄ aliud aſſequi claſſium nomine n̄
ut detrimentiſ accipiendiſ maiore affici tur-
pitudine uideremur. Nunc qua cupidita-
te homineſ in prouinciaſ quibuſ iacturiſ
quibuſ conditionibuſ proficiſcantur igno-
rant/ videlicet iſti qui ad unum deferenda
eſſe omnia non arbitrantur. Quaſi uero. Gn.
Pom. non cum ſuiſ uirtutibuſ tum etiam
aliiſ uiciiſ magnum ee uideamuſ. Quare no-
lite dubitare quin huic uni credatiſ omnia
qui inter annoſ tot unuſ inuentuſ ſit quē
ſocii in urbeſ ſuaſ cum exercitu uenisſe gau-
deant. Quod ſi auctoritatibuſ hanc ſententiam qui-
riteſ confirmandam putatiſ eſt uobiſ auc-
tor uir bellorum omnium maximarumq; rer[um]

peritiſſimuſ. P. Seruiliuſ cuiuſ tante reſ geſ
te terra mariq; extiterunt ut cum de bello
deliberetiſ auctor uobiſ grauior ēē nemo
debeat/ eſt. C. Curio ſummiſ ueſtriſ beneficiiſ
maximiſq; rebuſ geſtiſ ſummo ingenio &
prudentia preditiuſ eſt. Gn. Lentuluſ in q̊
omneſ pro ampliſſimiſ ueſtriſ honoribuſ
ſummum conſilium ſummam grauitatē
eſſe cognoſcitiſ. Eſt. C. Caſſiuſ integritate uir-
tute conſtantia ſingulari. Quare uidete
ut horum auctoritatibuſ illorum oratiōi
qui diſſentiunt reſpondere poſſe uideam̄.
Que cum ita ſint. C. Manili primum iſtam
tuam & legem & uoluntatem & ſententi
am laudo uehementiſſime comprobo: De-
inde te hortor ut auctore. p. r. maneaſ in ſē
tentia/ neue cuiuſq̄ uim aut minaſ perti-
meſcaſ/ primum in te ſatiſ ēē animi conſtā-
tieq; arbitror deinde cum tantam multitu-
dinem cum tanto ſtudio adēē uideamus

quantam non iterum in eodem homine pre-
ficiendo uiderimus. quid est quod aut de re
aut de perficiendi facultate dubitemus. Ego
autem quicquid in me est studii consilii labo-
ris ingenii quicquid hoc benefitio. po. r. atq;
hac potestate pretoria quicquid auctoritate
fide constantia possum id omnem ad hanc
rem confitiendam tibi & p. r. polliceor ac de-
fero. Testorq; omnes deos & eos maxime qui
huic loco temploq; president qui omnium mẽ-
tes eorum qui ad r. p. adeunt maxime perspi
tiunt me hoc neq; rogatu facere cuiusq̃ neq;
quo. Gn. pom. gratiam mihi per hanc causã
conciliari putem neq; quo mihi ex cuiusq̃ am-
plitudine aut presidia periculis aut adiumen-
ta honoribus queram propterea q; pericula fa-
cile ut hominem prestare oportet innocentia
tecti pellemus honorem autem neq; ab uno
neq; ex hoc loco sed eadem illa nostra laborio-
sissima ratione uite si uestra uoluntas feret

conſequemur· Quamobrem quicquid in hac cauſa mihi ſuſceptum eſt quiriteſ id omne ego ·r·p· cauſa ſuſcepiſſe confirmo tantumq; ab eſt ut aliquam bonam gratiam queſiſſe ui dear ut multaſ & ſimultateſ partim obſcuraſ partim apertaſ/ Intelligatiſ mihi non neceſ ſariaſ uobiſ non inutileſ ſuſcepiſſe n · Sed ego me hoc honore preditum tantiſ ueſtriſ beneficiiſ affectum ſtatui quiriteſ ueſtram uoluntatem & ·r·p· dignitatem & ſalutem prouinciarum atq; ſociorum meiſ omnibuſ commodiſ rationibuſ preferre oportere:

·M·T·C· ORATIO PRO TITO ANNIO MILONE·

ET SI VEREOR IVDICES NE
turpe ſit pro fortiſſimo uiro
dicere incipientem timere
minimeq; deceat cum ·Q·
·T· Anniuſ ipſe magiſ de
rei ·p· ſalute q̄ de ſua per
turbetur me ad eiuſ cauſam parem animi
magnitudinem afferre non poſſe· tamen hec
noui iudicij noua forma terret oculoſ qui
quocunq; inciderint ueterem conſuetudinē
fori & priſtinum morem iuditiorum deſi
derant. Non enim corone conſeſſuſ ueſter ci
ctuſ eſt ut ſolebat: non uſitata frequentia ſti
pati ſumuſ: nam illa preſſidia que pro tem
pliſ omnibuſ cernitiſ & ſi contra uim collata
ſunt non afferunt tamen oratori aliquid ut
in foro & iuditio & q̄ q̄ preſidijſ ſalutaribꝰ
& neceſſarijſ ſepti ſumuſ, tamen ne non timē

ſine aliquo timōe poſſimuſ. Que ſi oppoſita Miloni putarem cederem tempori iudiceſ, nec inter tantam uim armorum exiſtimarem oratori locum ēē. Sed me recreat & reficit. G. pō. ſapientiſſimi & illuſtriſſimi uiri conſilium q profecto nec iuſtitię ſuę putaret ēē quem reum ſententijſ iudicum tradidiſſet eundem teliſ militum dedere, nec ſapientię temeritatem concitatę multitudiniſ auctoritate publica armare. Quam obrem illa arma centurioneſ cohorteſ non periculum nobiſ ſed preſidium denuntiant; neq; ſolum ut quieto, ſed etiam ut magno animo ſimuſ hortantur, neq; auxilium modo defenſioni meę, verum etiam ſilentium pollicentur. Reliqua uero multitudo quidem quę eſt ciuium tota noſtra eſt, neq; eorum quiſq̄ quoſ undiq; intuentiſ unde aliqua parſ fori aſpici poteſt & huiuſ exitum iudicij expectantes non nunc tum uirtuti Miloniſ fauet tum

de ſe de liberiſ ſuiſ de patria de fortuniſ hodier-
no die decertari putat. Vnum genuſ eſt ad-
uerſum infeſtumq; nobiſ eorum quoſ P. Clo-
furor rapiniſ & incendiiſ & omnibuſ exitiiſ
publicaſ pauit: qui heſterna etiam contione
incitati ſunt ut uobiſ uoce prędicerent, qđ
iudicaretiſ: quorum clamor, ſi quiſ forte
fuerit admonere uoſ debebit ut eum ciuē
retineatiſ qui ſemper genuſ illud hominū
clamoreſq; maximoſ pro ueſtra ſalute neg-
lexit. Quam obrem adeſte animiſ iudiceſ
& timorem ſi quem habetiſ deponite. Naꝫ
ſi unq̃ de boniſ & fortibuſ uiriſ: ſi unq̃ de be-
nemeritiſ ciuibuſ poteſtaſ uobiſ iudicandi
fuit: ſi deniq; unq̃ locuſ ampliſſimorum or-
dinum delectiſ uiriſ datuſ eſt ubi ſua ſtudia
erga bonoſ & forteſ ciueſ que uultu & uer-
biſ ſæpe ſignificaſſent re & ſententiiſ decla-
rarent hoc profecto tempore eam poteſtatē
omnem uoſ habetiſ, ut ſtatuatiſ utrum noſ

qui ſemper ueſtrę auctoritati dediti fuimus ſemper miſeri lugeamus. An diu uexati a perditiſſimis ciuibus aliquando per uos aut per ueſtram fidem uirtutem ſapientiamque recreemur. Quid enim nobis duobus iudices laborioſius. quid magis ſollicitum magis exercitum dici aut fingi poteſt qui ſpe ampliſſimorum premiorum ad .R.P. adducti metu crudeliſſimorum ſuppliciorum carere non poſſumus. Et quidem ceteras tempeſtates & procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum ſemper putaui Miloni eſſe ſubeundas quia ſemper pro bonis contra improbos ſenſerat. In iudicio uero & in eo conſilio in quo ex cunctis ordinibus ampliſſimi uiri iudicarent numquam exiſtimaui ſpem ullam eſſe habituros Milonis inimicos ad eius non ſalutem modo extinguendam ſed etiam gloriam per tales uiros infringendam. Quamquam in hac cauſa iudices Titi Annij tribunatum rebus omnibus pro ſalute .R.P. geſtis ad huius criminis defen

ſionem non arbitremur niſi oculiſ uideritiſ inſi- al' abutemur.
diaſ Miloni a Clodio factaſ nec deprecaturi ſu-
muſ ut crimen hoc nobiſ multa propter pre-
clara in rem publicam merita condonetiſ n̄
poſtulaturi ut ſi morſ. P. Clodii ſaluſ ueſtra
fuerit. Id circo en̄ uirtuti Miloniſ potiuſq̄ P.
R. foelicitati aſſignetiſ. Sed ſi illiuſ inſidię
clarioreſ hac luce fuerint: tum deniq; obſe
crabo obteſtaborq; uoſ iudiceſ ſi cetera ami-
ſimuſ hoc ſaltem nobiſ ut relinquatur ab ini-
micorum audatia teliſq; uitam ut impune
liceat defendere. Sed anteq̄ ad eam ration̄
uenio que eſt proprie ueſtrę queſtioniſ uident̄
ea eē refutanda que in ſenatu ſepe ab inimiciſ
ab improbiſ ſepe iactata ſunt & in concione &
paulo ante ab accuſatoribuſ ut omni terrore
ſublato rem plane que uenit in iudicium ui-
dere poſſitiſ. Negant intueri lucem faſ eē ei q.
a ſe hominem occiſum fateantur. In qua tan-
dem urbe hoc homineſ ſtultiſſimi obiciuntur l' diſputant.

Nempe in ea que primum iuditium de capite
iudit. M. Horatij fortiſſimi uiri qui non dū
libera ciuitate tamen. P. R. comitijſ liberatꝰ
eſt, cum ſua manu ſororem ēē interfectam
fateretur. An eſt quiſq̄ qui hoc ignoret, cum
de homine occiſo queratur aut negari ſolere
reſtē ac omnino ēē factum aut iure defendi, niſi, r
uoſ exiſtimatiſ dementem. P. affricanum
fuiſſe, qui cum a. C. Carbone trib. plebiſ in
concione ſeditioſe interrogaretur: Quid de
Tiberii Grachi morte ſentiretur: reſpondit
iure caeſum uideri. Neq; enim poſſet aut
Ahala ille Seruiliuſ aut. P. Naſica aut. L.
Opimiuſ aut. C. Mariuſ aut me conſule ſeña
tuſ non nefariuſ haberi, ſi ſceleratoſ ciues
interfici nefaſ eēt. Itaq; hoc iudiceſ ſine cau nō
ſa fictiſ fabuliſ doctiſſimi homineſ memo-
riç prodiderunt, cum quiſ patriſ ulciſcendi
dem ira deorum hanc euiſ ſatellitibuſ in-
iecit amentiam ut ſine unmaginibuſ ſine
cantu atq; ludiſ ſine exequijſ ſine lamentiſ
ſine laudationibuſ ſine funere oblituſ cru-
ore & luto ſpoliatuſ illiuſ ſupremi diei ce-
lebritate/ quam concedere etiam inimici ſo-
lent amburreretur & iam abiectuſ. Non fu-
iſſe credo faſ clariſſimorum uiroꝝ formaſ
illi teterrimo parcide aliquid afferre ne-
quo in loco ullo potiuſ mortem. euiſ lace-
rari q̄ in quo uita eſſ& damnata. Dura
mihi mediꝰfidiuſ/ iam fortuna populi ró·
& crudeliſ uidebatur que tot annoſ illum

illum in hanc rem .p. inſultare pateretur pollue
rat ſtupro ſanctiſſimaſ religioneſ. Senatuſ gra
uiſſima decreta perfregerat pecunia ſe iudici
buſ palam redemerat. Vexarat in tribunatu
ſenatum omnium ordinum conſenſu pro
ſalute .r. p. reſciderat me patria expulerat bo
na diripuerat domum incenderat liberos
coniugem meam uexauerat. Gn. Pompeio ne
farium bellum indixerat magiſtratuum p̄
uatorumq; cedeſ effecerat domum mei fra
triſ incenderat. Vaſtarat etruriam, multoſ ſe
dibuſ ac fortuniſ eiecerat inſtabat urgebat
capere eiuſ amentiam ciuitaſ italia prouin
cię regna non poterant. Incidebantur iam
domi legeſ quę noſ noſtriſ ſeruiſ addicerent.

Nihil erat cuiuſq̄. quod quidem ille adamaſ
ſex quod non hoc anno ſuum fore putaret.

Obſtabat eiuſ cogitationibuſ nemo preter il
lum Milonem ipſum qui poterat obſtare. Gn.
reditu in gratiam quaſi deuictum arbitrabi

tur· Ceſariſ eſſe ſuam potentiam dicebat bono
rum animorum in meo caſu contempſerat·
Milo unuſ urgebat· Hic dii immortaleſ ut ſu
pradixi mentem dederunt illi perdito ac fu
rioſo ut huic faceret inſidiaſ aliter perire peſ
tiſ illa non potuit· Nunq̄ illum reſ· p· ſuo iure
ēēt ulta· Senatuſ credo pretorem eum circum
ſcripſiſſet ne cum ſolebat quidem id facere in
priuato eodem hoc aliquid profecerat· An cō
ſuleſ in pretore coercendo forteſ fuiſſent pri
mum Milone occiſo habuiſſet ſuoſ conſuleſ:
deinde quiſ in eo pretore conſul fortiſ eſſet
per quem tribunum uirtute conſularem cru
deliſſime necatum eſſe meminiſſet omnia poſ
ſideret teneret lege noua que eſt inuenta apd'
eum cum reliquiſ legibuſ Clodianiſ· Seruoſ
noſtroſ libertoſ ſuoſ feciſſet· Poſtremo niſi eum
dii immortaleſ in eam mentem impuliſſent
ut homo effeminatuſ fortiſſimum uirum co
naretur occidere hodie r· p· nullam haberetis

An ille pretor ille uero conſulariſ/ſi modo hec
templa atq; ipſa menia ſtare eo uiuo tam-
diu & conſulatum eiuſ expectare potuiſſ&.
Ille deniq; uiuuſ mali nihil feciſſ&/qui in
mortuuſ uno ex ſuiſ ſatellitibuſ. Sexto Clo-
dio duce curiam incenderit/quo quid mi-
ſeriuſ/quid acerbiuſ/quid luctuoſiuſ uidi-
muſ templum ſanctitatiſ amplitudiniſ mẽ-
tiſ conſilij publici/caput urbiſ aram ſocioꝝ
portum omnium gentium/ſedem ab uni-
uerſo populo conceſſam uni ordini inflam-
mari excindi funeſtari neq; id fieri a mul-
titudine imperita/q̃q̃ ẽẽt miſerum idipm̃
ſed ab uno qui cum tantum auſuſ ſit uſtor
pro mortuo/quid ſignifer pro uiuo non
ẽẽt auſuſ/in curiam potiſſimum abiecit
ut eam mortuuſ incenderet/quam uiuuſ
euerterat. Et ſunt qui de uia Appia quera-
tur taceant de curia/& quando ab eo ſpi-
rante forum potuiſſ& defendi/cuiuſ non

reſtiterit cadaueri curia excitate: excitatem ip-
ſum ſi poteſtiſ a mortuiſ frangentiſ impetum
uiui cuiuſ uix ſuſtinetiſ furia inſepulti niſi
uero ſuſtinuiſtiſ eoſ qui cum facibuſ ad cu-
riam cucurrerunt cum falcibuſ ac raſtriſ cū
gladiiſ toto foro uolitarunt· cedi uidiſtiſ· p·
r· contionem gladiiſ diſturbari cum audi
retur ſilentio· M· Caeliuſ· tr· pl· uir fortiſſimuſ
& bonorum uoluntati & auctoritati ſena-
tuſ dedituſ & in hac Miloniſ ſiue inuidia
ſiue fortuna ſingulari diuina & incredibi
li fide· Sed iam ſatiſ multa de cauſa extra
cauſam & iam nimiſ· Quid reſtat niſi ut
orem obteſterq; uoſ iudiceſ ut etiam miſeri
cordiam tribuatiſ fortiſſimo uiro quam
ipſe non implorat· Ego etiam repugnan
te hoc & imploro & expoſco· Nolite ſi in no-
ſtro omnium fletu nullam lacrimam aſpe-
xiſtiſ Miloniſ ſi uultu ſemper eundem ſi uo-
cem ſi orationem ſtabilem ac non mutatā

uidetiſ hoc minuſ ei parcere haud ſcio an mul
etiam ſit adiuuanduſ magiſ. & enim ſi in gla
diatoriiſ pugniſ & infimi generiſ omnium cõ
ditione atq; fortuna timidoſ & ſupplíceſ &
ut uiuere liceat obſecranteſ etiam odiſſe ſole
muſ forteſ & animoſoſ & ſe acriter ipſi morti
offerenteſ ſeruare cupimuſ eorũq; noſ magiſ
miſeret qui noſtram miſericordiam non
requirunt q̃ qui illam efflagitant quanto
hoc magiſ in fortiſſimiſ ciuibuſ facere debe
muſ me quidem iudiceſ exanimant & in
terimunt hęc uoceſ Miloniſ quaſ audio aſ
ſidue & quibuſ interſum cotidie. Valeant
inquit ualeant ciueſ mei / ſint incolumeſ:
ſint florenteſ ſint beati ſtet hec urbſ preclara
mihiq; patria cariſſima quoquo modo merita
de me erit: tranquilla re p. ciueſ mei quoniã
mihi cum illiſ non licet ſine me ipſi ſed per
me tamen perfruantur. Ego cedam atq; abi
bo ſi mihi re p. bona frui non licuerit at

carebo mala & q̄ primum tetigero bene morata-
tam & liberam ciuitatem in ea conquieſcam
O fruſtra inquit ſuſcepti mei laboreſ o ſpeſ fal
laceſ o cogitationeſ inaneſ mee. Ego cum tr.
plebiſ. re. p. oppreſſa me ſenatui dediſſem
quem extinctum acceperam equitibuſ ro.
quorum uireſ erant debileſ boniſ uiriſ q.
omnem auctoritatem clodianiſ armiſ ab
iecerant mihi unq̄ bonorum preſidiorum
defuturum putarem. Ego cum te mecum
ſepiſſime enim loquitur patrie reddidiſſē
mihi non futurum in patriam putarem
locum ubi nunc ſenatuſ eſt quem ſecuti
ſumuſ ubi equiteſ romani illi illi inquit
tui, ubi municipiorum ubi italię uoceſ. ubi
denique tua M. tulli que plurimiſ fuit auxilio
uox & defenſio mihi ne ea ſola qui pro te
totienſ morti me obtuli nihil poteſt opitu
lari. Nec uero hec iudiceſ ut ego nunc fleſ
ſed hoc eodem loquitur uultu quo uidetis

Negat negat enim ſe ingratiſ ciuibuſ feciſſe
que feciſſe timidiſ & omnia circunſpicien-
tibuſ pericula non negat plebem & infi-
mam multitudinem que P. Clodio duce
fortuniſ ueſtriſ imminebat eam que tuti-
or ēē ueſtra uita ſe feciſſe commemorat
ut non modo uirtute flecteret/ſed etiam tri
buſ ſuiſ patrimoniiſ deliniret/nec timet
ne cum plebem muneribuſ placarit/uos
non conciliarit meritiſ in rem. p. ſingula
ribuſ. Senatuſ erga ſe beniuolentiam tē
poribuſ hiſ ipſiſ ſæpe ēē perſpectam. Veſtr-
aſ uero & ueſtrorum ordinum occurſatio-
neſ ſtudia ſermoneſ quemcunq; curſum
fortuna dederit ſecum ablaturum eſſe di-
cit. Meminit etiam ſibi uocem preconiſ
modo defuiſſe/quam minime deſiderat
populi uero cunctiſ ſuffragiiſ quod unū
cupierat ſe conſulem declaratum. nunc
deniq; ſi hęc contra ſe ſint futura ſibi fa-

amoriſ ſuſpicionem non facti crimen obſta-
re· Addit hec que certe uera ſunt forteſ &
ſapienteſ uiroſ non tam premia ſequi ſole-
re recte factorum q̄ ipa rectę facta· Sed ni
hil inuita niſi preclariſſime feciſſe/ ſi quidē
nihil ſit preſtabiliuſ uiro q̄ periculiſ patri
am liberare beatoſ ēē quibuſ ea reſ honori
fuerit a ſuiſ ciuibuſ nec tamen eoſ miſe-
roſ qui beneficio ciueſ ſuoſ uicerint· Sed
tamen ex omnibuſ premiiſ uirtutiſ ſi eſ-
ſet habenda ratio premiorum ampliſſimū
eſſe premium gloriam eſſe hanc unam
quę breuitatem uite poſteritatiſ memoria
conſolaretur/ que efficeret ut abſenteſ ad
eſſemuſ mortui uiueremuſ· Hanc deniq;
ēē cuiuſ gradibuſ etiam homineſ in celū
uideantur aſcendere· De me inquit ſem-
per populuſ romanuſ ſemper omneſ gen-
teſ loquentur/ nulla unq̄ obmuteſcet ue-
tuſtaſ quin hec tempore ipſo/ cum omneſ

aſiuſ inimicaſ faceſ inuidie mee ſubiciantur
tamen omni in hominum cetu grtyſ agendiſ
& gratulationibuſ habendiſ & omni sermõe
celebramur/ omitto etrurię feſtoſ & actoſ &
inſtitutoſ dieſ. Centeſima lux eſt hec ab in
teritu. P. clodij & opinor altera/ que fineſ im
perij .p. r. non ſolum fama iam de illo ſed &
letitia peragratur quamobrem ubi corpus .r.
hoc ſit non inquit laboro/ quoniam omnibꝫ
in terriſ & iam uerſatur & ſemper habitabit
nominiſ mei gloria. Hec tu mecum ſepe h
hiſ abſentibuſ ſed hiſdem audientibuſ hec.
ego tecum Milo. Te q cum iſto animo eſ ſa
tiſ laudare non poſſum: ſed quomodo eſt ma
giſ illa diuina uirtuſ eo maiore dolore a te
diuellor. Nec uero ſi mihi eripériſ reliqua ē
illa tamen ad conſolandum querela ut hiſ
iraſci poſſim & quibuſ tantum uulnuſ acce
pero non enim inimici mei te mihi eripies
ſed amiciſſimi non male aliquando de me

meriti ſed optime. Nullum unq̄ iudiceſ mihi
tantum dolorem inuretiſ & ſi quiſ poteſt ēē
tantuſ. Sed ne hunc quidem ipſum ut obli
uiſcar quanti me ſemper feceritiſ. Que ſi uoſ
cepent obliuio aut ſi me aliquid offendiſtiſ cur
non id meo capite luitur q̄ Miloniſ. Precla
re enim uixero ſi quid mihi acciderit priuſ
q̄ hoc tantum mali uideo. Nunc me una cō
ſolatio ſuſtentat q tibi o. T. Anni nullum
a me amoriſ nullum ſtudij nullum pietatiſ
offitium defuit. Ego inimicitiaſ potentium pro
te appetiui: Ego meum ſepe corpuſ & uitam
obieci armiſ inimicorum tuorum: Ego me plu
rimiſ pro te ſupplicem abieci bona fortunaſ
meaſ ac liberorum in comunionem tuorū
temporum contuli. Hoc denique ipſo die ſi que
uiſ eſt parata ſi que dimicatio capitiſ futurā
depoſco. Quid iam reſtat quid habeo quid
faciam pro tuiſ in me meritiſ niſi ut eam
fortunam quecunque erit tua ducam meam.

non recuſo non abnuo. Voſq; obſecro iudiceſ
ut ueſtra beneficia quę in me contuliſtiſ aut
in huiuſ ſalute augeatiſ aut in eiuſdem
exitio occaſura ēē iubeatiſ. Hiſ lacrimiſ nō
mouetur Milo. Eſt quodam incredibili ro-
bore animi exilium ibi eſſe putat ubi uir
tuti non ſit locuſ mortem naturę finem
eſſe non penā. ſed hic ea mente ornatus
eſt. Quid uoſ iudiceſ quo tandem animo
eritis, memoriam Miloniſ retinebitiſ, ipſū
eicietiſ & erit dignior locuſ in terriſ ulluſ
qui hanc uirtutem excipiat q̄ hic qui pro-
creauit. Voſ uoſ appello fortiſſimi uiri qui mł-
tum pro R. P. ſanguinem effudiſtiſ. Voſ in
uiri & in ciuiſ inuicti appello periculo cē-
turioneſ, uoſq; militeſ. Vobiſ non modo ī
ſpectantibuſ, ſed etiam armatiſ & huic iu-
ditio preſidentibuſ, hęc tanta uirtuſ ex h
hac urbe expelletur exterminabitur proi
icietur. O me, o me miſerum, o infelicem

R euocare tu me in patriam Milo potuiſti per hoſ
ego te in patria per eoſdem retinere non pote-
ro/ quid reſpondebo liberiſ meiſ qui te paren-
tem alterum putant. Quid tibi. Q. frater q
nunc abeſt conſorti mecum temporum il-
lorum me non potuiſſe Miloniſ ſalutem
tueri per eoſdem per quoſ noſtram ille ſer-
uaſſet. At in qua cauſa non potuiſſe quę
eſt grata gentibuſ non potuiſſe iſ qui maxi-
mę. P. Clodii morte acquierunt quo depre-
cante me quod nam concepi tantum ſce-
luſ aut quod in me tantum facinuſ ad-
miſi iudiceſ cum illa iudicia communis
exitii indagaui patefeci protuli extinxi oēſ
in meoſq redundant ex illo fonte dolores
quid me reducem ēē uoluiſtiſ. An ut in-
ſpectante me expellerentur hi per quoſ eſſem
reſtitutuſ. Nolite obſecro uoſ pati mihi acer-
biorem redditum ēē q̃ fuerit ille ipſe diſ-
ceſſuſ. Nam qui poſſum putare me reſtitu-

tuſſum. Vtinam dii īmortaleſ feciſſ& pace tua
patria dixerim metuo enim ne ſcelerate dicā
inte quod pro Milone dicam pie, utinam. P.
Clodiuſ non modo uiuer& ſed etiam procō
ſule dictator ēē ante q̄ hoc ſpectaculum ui
derem, o, di immortaleſ fortem & a uobiſ iu-
diceſ conſeruandum uirum minime minime
inquit: imo uero penaſ ille debitaſ luerit:
noſ ſubeamuſ ſi ita neceſſe eſt non debitaſ. Hic
cine uir patrię natuſ uſq̄ niſi inpatria mo
rietur. aut ſi forte procul patria. Huiuſ uoſ i
animi monumenta retinebitiſ corporiſ niſi
in italia ullum ſepulcrum ēē patiemini. hūc
ſua quiſq̄ ſententia ex hac urbe expulſum. a
uobiſ ad ſe uocabunt. O terram illam beatam
quę hunc uirum exceperit, hanc ingratam
ſi eiecerit miſeram ſi amiſerit. Sed finiſ ſit.
Neq; enim pre lacrimiſ iam loqui poſſum. &
hic ſe lacrimiſ defendi uetat. Voſ oro obteſtor
q; iudiceſ ut inſententiiſ ferendiſ. quod ſentia

tiſ id audeatiſ. Veſtram iuſtitiam fidem mihi
credite hiiſ maxime probabit qui in iudicibus
legendiſ optime et ſapientiſſime quecumque legit :.

·M·T·C· ORATIO AD EQVITES ROMANOS ANTE QVAM IRET IN EXILIVM·

SI QVANDO INIMICORVM
impetum propulſare ac pro-
pellere cupiſtiſ defendite i-
nunc univerſi unum qui
ne omneſ ardore flamme
occideretiſ mei capitiſ peri-
culo non dubitavi providere. Nam quem vir-
tutiſ gloria cum ſumma laude ad celum extu-
lit eundem inimicorum invidia indigniſſi-
me oppreſſum deprimit ad ſupplitium. Si libe-
rum conceptam dulcedinem animo incluſam
continetiſ nollite eo velle carere qui cariſſimam
veſtram procreationem ſibi eſſe duxit. Eſt enim

liberale offitium ſerere benefitium ut metere
poſſiſ fructum fidei conduat in loco debitum
retribuere. Illic enim animi uoluntaſ propē-
ſa comprobatur, hic memoria collaudatur
Itaq; ſi omnibuſ graue ſeruitutiſ iugum
ēē debet in libertate educatiſ ſit in ueſtris
animiſ acceptiſſimuſ qui a uoſtro corpōē
iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis
& ſi maioreſ ueſtri eoſ imperatoreſ qui mi-
litum uirtute hoſtium fregerunt furorē
iocundiſſimo fructu libertatiſ reconciliato
non ſolum ſtatuiſ dignoſ putarunt, ſed &
eterna triumphi laude decorarunt: eum
uoſ eum conſulem qui non militum pre
ſenti fortitudine, ſed ſua eximia animi uir-
tute hoſtilem ciuium mentem ſenatuſ o
auctoritate uindicauit, exiſtimate uobiſ re
tinendum in ciuitate, ſi qua benefitia ſin-
guliſ ciuibuſ priuatimq; dantur ea ſolent
hiſ ēē fructuoſa a quibuſ ſunt profecta.

T ute & merito poſſum ego uoſ ad defenſio-
nem meę ſalutiſ adhortari quoſ conſerua-
ui uniuerſoſ. Nam neq; maiuſ ē ē defende-
re unq̄ q̄. populum neq; uerriuſ a ſingulis
q̄ ab omnibuſ repetere offi ciꝫ fructum & p̄-
mium propterea quod in uniuſ periculo ſe-
pe contentio parua eſt/ut leuiſ ſit labor de
fenſori ſuſtinenduſ in ·r· p· inſidiiſ quo fir-
miuſ eſt quod oppugnatur eo paratioreſ ſt
inimici ut hiſ niſi magna ſollicitudine ī-
duſtria uirtute non queat reſiſti. ſingulo
rum opeſ ſęepe ſunt tenueſ & infirmę ad gra-
tiam referundam & opitulari benemeren-
tibuſ non queant ſi maxime cupiant uni-
uerſorum auxilium eo plurimum prodeſt
quo firmioribuſ eſt uiribuſ nixum. Iure igr̄
maior impenſa in patriam offitij facta eſt
q̄ in priuata fuit defenſione & pluſ a uob
preſidij q̄ a ceteriſ opiſ ad ſalutem poteſt
afferri uoſ obteſtor quoſ mihi & debere &

poſſe intelligo opitulari. Non conuenit enim
eum ad promerendum offitium tam fuerit
expeditus noſ ad referendam gratiam eſſe tã
diores nec cuiuſ amplitudine & gloria laude
atq; honoribuſ amplificare debeatiſ eiuſ in
columitatem & ſalutem deſerendam exeſti
metiſ. Et enim erat ſi quiſ arbitratur. M. Tul
lium idcirco in capitiſ iuditium uocari quid
deliquerit aliquid quod patriam leſerit qd
improbe uixerit non citatur reuſ audatie
uirtutiſ citatur reuſ: Non accuſatur q; rem p.
oppugnarit ſed q; homo nouuſ perniciosum
nobilium reſtinxerit furorem. Non obeſt mi
hi nocenſ & turpiſ ſed honeſtiſſime lautiſſiē
q; acta uita non odio bonorum ſed inuidia
premor malorum. Intelligunt homineſ tot
& tam preclariſ teſtimoniiſ monimentiſq;
uirtutiſ comparatiſ M. Tullium dum ſit in
columiſ fore uoluptati. Idcirco uitam eripere
cupiunt ut cum ſpiritu ſenſum quoq; adimãt

iocunditatiſ

iocunditatiſ. Nonne igitur indignum eoſ pre
miuſ meiſ inuidere qui uirtute certare nolue
runt: eoſ in contentionem uenire honoriſq.
offitiuſ ſe ſuperari equiſſimo animo tulerunt
ſi dulciſ eſt gloria conſequere uirtutem. noli
abicere laboreſ petere honorem honorem di
co ymo uero famam fortunaſ familiam li
beroſ caput corpuſ ipſum deniq; ſanguinem
& animam. Cedo inuituſ de. r. p. cedo oppreſ
ſuſ de dignitate diſcedo de. r. p. uictuſ auda
tia malorum. Liceat manere ſi non illum
M. Tullium cuſtodem urbiſ defenſorem
omnium patrem patrię. At certe reliquias
Tullij liceat in conſpectu ciuium in hac q̃ ex
parricidarum faucibuſ eripuit remanere te
cta omnium fana deorum uniuerſam uide
re periculi ciuitatem. liceat ex hac flamma e
uolare preſertim qui illud impium incendi
um perditorum hominum lacrimiſ potiuſ me
iſq̃ uestro ſanguine reſtingui malui. Neq; ēī

ego peto ut mihi detiſ uitam /ſed datam re-
peto ut reddatiſ. Si meminiſtiſ quod dedi
non debetiſ obliuiſci retribuere quod debu-
iſtiſ. Voſ obteſtor dii immortaleſ qui mee mẽ-
ti lumina pertuliſtiſ /cum conſenſum extin-
xi coniurationiſ arcemq; urbiſ ab incendio
atq; flamma liberaui liberoſq; ueſtroſ a gre-
mio et complexu matrum ad cedem et cru-
orem non ſum paſſuſ extrahi non igitur
poteſt fieri clientibuſ ut recipiat cum ciũ
a quibuſ debeam retineri reicere inſtituant.
Secq; quo fugiant /cum adituſ cuſtodię pre-
cluſuſ ſit quomodo ſpeſ ſalutiſ reliquiſ re-
ſidebit cum ciuibuſ precluſa ſit expectatio
incolumitatiſ. Pax et concordia extraneiſ qi-
quetur cum iam domeſticiſ non inſideat.
et publice prouidenti expiatur. Nam qđ
ego improbor facta renouem oratione ut
redintegratiõe illiuſ animoſ uulnera ueſtrõſ
auxilium ab alieniſ efflagitabitiſ /cum ei-

uel deſertis ſociorum inuocem ſubſidium cũ
a ciuibus introcluſum ſit preſidium. Quam
colore gentem non inſtitui utrum cuſtos ac-
cipiat an ut proditor excludat. Si ut conſerua-
tor ueſtra erit ignominia. Si ut oppugnator
pretioſa erunt omnia. Itaq; quod putaui fo-
re gaudium id erit exitium. Si quirites eũ-
dem in ceterorum periculis haberemus añũ
quem in noſtris difficultatibus & pro innocẽ-
tiſſimo quoq; propugnare & nocentiſſimum
quemq; oppugnare nobis utiliſſimum eſſe
arbitraremur & ſi cum optimi cuiuſq; rebus
aduerſis noſtram ſalutem cum deterrimorũ
hominum ſceleris noſtra pericula putemus
coniurata frequentes profecto talibus conati-
bus obuiam ire nitamur. Neq; partim inno-
centia freti partim nobilitate nixi partim
potentia ac multitudine amicorum fulti-
cum perfacile exiſtimemus aduerſariorum
uim ac factionem a nobis repelli poſſe ſubito

ipſi ſimili periculo circumuenti in noſtro euen
tu aliorum reminiſcenteſ caſuſ uire id nobis
accidere ne quicq̄ queramur. Quiſ enim qui
riteſ qui inimicorum noſtrorum nunc noſtro
rum / cum uim ac uiolentiam inſpiciat / cum
q; noſtrum periculoſiſſimum caſum recogno
ſcat qui non ſibi ac ſuiſ diffidat fortuniſ.
Quo enim ſe ſatiſ tutum arbitratur preſidio
uirtutiſ glorię. At ea noſ ipſa hoc tempore op-
pugnant. Multitudine amicorum apparere
forteſ ſe ēē amicoſ ſi in eorum poteſtate noſtra
ſaluſ ſit / non eſt paucitate inimicorum. At id
non in ipſiuſ ſed in aliorum uoluntate poſitū ē.
Nam non ſatiſ eſt ne cui iniuriam faciaſ prouidē
ſi tamen ſunt uoluntarii inimici qui tuiſ pre-
miſ oppugnetur. Atq; adeo cum hec omnibuſ
omnia ſunt grauia atq; acerba tamen uero no-
biſ miſera atq; intolleranda. quorum & officia
in r. p. recentiſſima & incommoda ob r. p. fre-
quentiſſima in familia uerſantur. Nunc ſi ea-

dem conditio diſceptationiſ proponitur equi au-
ditoreſ adhibebuntur aureſ non obtuſe crimina-
tione ſed uacuę prebebuntur qui ſunt aſſecu-
ti ſummum gradum honoriſ non deſpoliabũ-
tur honore. Qui ſperant faciliuſ & procliuiuſ
ad laudem nobilitatiſ peruenient. Quam obrẽ
nolo me duce ſupplicij uoſ ad fraudem dedu-
ci ut ego ad priſtinum ſtatum recidam caſuſ.
Nunc igitur ſi lingua eſt concertandum inno-
centię fretuſ ſupero. Si facta compenſanda ſũt
conferamuſ equitatem. Si uiolentia impetu
opprimimur cedam pro omnibuſ unuſ tri-
bunicio furori quoniam laborem pro cunctiſ
ferre conſueui. Si igitur aliquo tempore his
hominibuſ conſuluiſtiſ quorum animuſ re-
ligioni pietatiſ defunctuſ eſt, debetiſ mihi quoq;
proſpicere qui numini deorum conſecratum
ac tectum ab omni periculo conſer-
uaui & uoſ ut tutam tranquillamq; fortũas
traheretiſ mea perfeci uigilantia. Nam me-

quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriā
uirtuſ contulit laudem populuſ tribuit ho
norem. eunde tribuni furor exagitatuſ de
pulit ad calamitatem: quoniam animad
uertiſtiſ illam conſpirationem conflatam
ita ēē reſtinctam ut nulla ſcintilla compa
reat incendiꝫ uoſ quoqꝫ tribunitiam ſedate
temeritatem qui non ſe inimicum mihi oſ
tendit ſed priuſ ēē ueſtrum profeſſuſ eſt in
imicum ne rei crudelitaſ experta in me in
uoſ conualeſcat calamitaſ ēē remorata lō
giuſ ſerpat ac progrediatur precauete. Nūc
ſoluſ defractuſ ad calamitatem uel primuſ
ad tale uocatuſ periculum omnium aīoſ
uire debeo commouere. Omnia ſunt inmu
tata. Manuſ ad demonſtrandam religant'
iniuriam: lingua inciditur ad deploran
dam calamitatem animuſ precluditur ad
exponendum rei indignitatem humilitatē
generiſ obiciunt nobiſ qui nouam ratiōē

ſuſcitant maiorum obterant laudeſ. Sed quid
ego plura de illorum aut in me pro maledictiſ
aut in me ſcelerate loquar factiſ. Quorum co-
gnita improbitaſ me tacente coarguitur tur-
pitudine uitę ut de hiſ non ſit neceſſe ini-
micoſ predicare, de quorum ſcelere ne ami-
ci quidem poſſunt negare. Voſ ego appello
quorum de me maxima eſt poteſtaſ apud
uoſ loquor de mea calamitate quoſ habui
ſemper innocentię & uirtutiſ mee teſteſ.

Igitur ex ciuitate benemerituſ de r. p. ciuiſ
exturbatur innocenſ expellitur conſulariſ
homo non minimiſ facultatibuſ uſuſ quō-
dam amicorum, nunc ab inuidiſ partim ab
inimiciſ circumuentuſ partim indigne in

Huic ſi opem non tuleritiſ in periculo capitiſ
uoſ credo retinebitiſ ueſtram libertatem qui
neq; tanta ualetiſ auctoritate neq; tantorū
officiorum impenſam egiſtiſ in patriam.

Mihi credite hoc in uno incommodum con-

firmatum multorum infirmabit incolumi
tatem & si in uno non erit refutatum impu
ne ad omnium ipernitiem conualescet. Pro
inde aut in meo periculo salutem integram
prestate comunem aut in uestris hoc idem
expectate incommodum fortunis. Nemo tā
perdita auctoritate tam facinorosa inuent⁹
est uita qui cum de scelere fateretur non tamen
sententiis iudicum prius conuinceretur q̄ sup
plitio addiceretur. Ego repente ui tribunitia
correptus non modo loquendi libere in iudi
tio sed ne consistendi quidem in ciuitate
habeo potestatem. Eiicior non solum sine tes
te sine iudice sine crimine sine accusatore si
ne etiam scelere hostibus in bello qui disci(de)t
uoluntate dimicant armis uitā quottidie
oppugnant in ipsa acie cum preliantur li
cet loqui licet disputare mihi in pace ciui
qui perditorum hominum fregi furorem
pro fortunis meis apud uos loqui licebit nō

Serui qui ad ſupplitium ceſi uerberibuſ trahū
tur apud eoſ ſepe diſputant quoſ necare uo
luerunt. Ego conſulariſ apud eoſ non loquar
quoſ conſeruaui. Tacebo ſi neceſſe eſt. Tacebo
inquam animo equo quoniam uirtuſ mea
me tacente agit cauſam meam. Itaq; ut ego
in contentione mea nihil ponam de meis
rebuſ geſtiſ tamen in animiſ ueſtriſ memori
am largiter relinquam. Iſti modo uideant
qua ratione hanc inultam meam fugam
ferre poſſint. Etenim iſti ut exiſtimant ſi a
me Lentuli mortui ſordeſ: ſi Catiline notiſſi Lentulus
muſ furor; ſi amentia Cethegi ſi luxurieſ ac Catilina
ſtupra Craſſi penaſ repetunt profecto iſtiſ ho Cethegus
ra nulla electo Tullio uacua a periculo aut ex Craſſus
pectatione periculi relinquetur. Ita in dieſ nō
meiſ inſidiiſ que nulle a me parantur, ſed ſuo
rum conſcientia ſcelerum cruciati mihi abſē
ti & populo romano dabunt penaſ. Quaſ ob
reſ ego inimicorum amentie cupiditatiq;

paucorum omnium ſalutiſ cauſa decedam
neq; eo deducar ut progredi paciar ut ope-
ra mea manuſ inter uoſ conſeratiſ cedeſq;
ciuium inter ſe fiat, multoq; potiuſ ipſe pa-
tria liberiſq; meiſ carebo q̄ propter unum
me uoſ de fortuniſ ueſtriſ. reiq; p. dimice-
tiſ. Sic enim ab initio fui animatuſ ut nō
magiſ me mea cauſa putarem eſſe natū
q̄ r. p. procreatum. Sed illud queror quod
non iam ad uniuſ perniciem, ſed ad uni-
calamitatem uerſorum ſtruitur honeſtatem conqueri
commiſerari dicere expurgare ſuſpiciōes
dimouere crimen diluere non licere ore
oppreſſo ceruiceſ eē prebendaſ que tamen
non tam ſunt calamitoſa quod mihi ſūt
ſubeunda q̄ perniciosa q; in rem. p. ſunt
introducta. Quobrem ſtatutum eſt atq; de-
cretum ut in huiſ temporibus ciuitatiſ oīa
perpeti que uolet furor libidinoſuſ. Vim uo-
lunt afferre, preſto ſum. Eicere uolunt, ex-

co: in dicta cauſa: nolunt audire cauſam: nõ
dico Aliud quippiam: conantur agant: ni
hil duri: nihil acerbi mihi erit q̃ rem · p · tu-
tabitur. Non enim uictuſ illiſ cedo/ ſed incolu-
mibuſ uobiſ me concedo. Neq; enim mors,
miſeranda eſt que ob rem · p · capitur/ neq; ex
itium turpe eſt quod uirtute ſuſcipitur/ cũ
preſertim non nullam hec pene in ſe habe
ant conſolationem. Nam uitam ſi eripiũt
non adiment gloriam/ mortale ſi exilio mul-
ctabunt corpuſ non animum a re · p · remo
uebunt. Nam ubicunq; ero hoc cogitabo: hec
ſemper futura mea/ meq; uobiſ ereptum nõ
a uobiſ repudiatum exiſtimabo. Inſidie nl'
le a me parantur ſed ſuorum conſcientia
ſcelerum cruciati mihi abſenti & populo
ro. dabunt penaſ. Illud a uobiſ peto poſtulo
q; ſi dum in ciuitate manere licitum eſt ne
mini iniuſte periculum creaui/ nemini inno
centi fui calamitati: ſi omnibuſ auxilio pre

[illegible]

exilium

cura

ſidio eſſe conſueui plurimoſque in hac ciuitate conſeruaui

ſum tutatus uti uoſ liberoſ meoſ in ueſtram fidem recipiatiſ: eoſque deffendatiſ ne ue inimicoſ meoſ longius in familiam noſtram progredi patiamini. Vtique ſiue hinc abiero ſiue hic ero oppreſſus ea maneat opinio & extimatio que uirtute parta non que infelicitate illata eſt. Nunc ego te iupiter optime maxime cuius nutu ac ditione ſola terrarum gubernantur. teque particepſ connubij ſocia regni regina Iuno teque Tritonia armipotenſ Gorgona pallaſ Minerua ceterique dij deeque immortaleſ qui excellenti tumulo ciuitatiſ ſedem capitolii in ſaxo incolitiſ conſtitutam ut non ſolum cuncta intueri ſed etiam tueri poſſitiſ ciuitatem a quorum ego quondam altaribus impiam ciuium manum remoui.

[illegible]

A quorum templiſ meo periculo funeſtam facem repuli ne illuſtriſſimum orbiſ terrarum monimentum cum principe omnium terrarum

accidere ciuitate. Teq; iupiter ſtator quem uere
huius imperij ſtatorem maiores noſtri noĩa
uerunt cuius in templo hoſtilem impetum
Catilinę repuli a muris cuius templum a Ro-
mulo uictis ſabinis in palatii radice cum ui
ctori eſt collocatum / oro atq; obſecro ferte opẽ
pariter r. p. cunctęq; ciuitati meiſq; fortunis re
ſiſtite tribunitio furori fauete innocentię ſub-
uenite ſollitudini miſeremini ſenectutis no-
lite eum ſupplicem a uobis abſterrere & exclu
dere quaſi in ſuo magiſtratu funeſtam faces
a ueſtris repulit templis. Si C. Mario auxilio
fuiſtis quod in cliuo capitolino improborum
ciuium fecerat cedem ſi P. Scipioni quod
Hanibalis furibundam mentem a ueſtris re-
pulit templis. Si deniq; Gn. Pom. quod terra
mariq; hoſtes reddit pacatos ſic in meis cala-
mitatibus aliquam ferte opem diuinam ut
ſepe multorum in periculis feciſtis ſic nunc
in meis miſerijs diuinum aliquod auxiliũ

a

Exempla

nunc

ſigillatim

& numen oſtendit. Deinde uoſ quorum po-
teſtaſ proxime ad deorum immortalium
numen accedit oro atq; obſecro quibuſ ſigil-
latim ſepe ſupplex ad pedeſ iacui ut eum
quem ſinguli ſtratum atq; abiectum ſuble
uaſtiſ nunc uniuerſi conſeruatum uelitis.
Si neminem unquam ueſtrum unquam ueſtrum leſi:
ſi nemini innocenti obfui: ſed etiam e contra
rio ut quiſq; auxilium meum deſiderauit
opem ferre non dubitaui. Si denique quecumque
adminiſtraui ex ueſtra auctoritate & pa
trum conſcriptorum uoluntate feci. Si ma
lui inimicorum cupiditati quam r. p. & legitime
auctoritati penaſ ſufferre ut exiſtimetiſ ex
illo crudeliſſimo inimicorum impetu erep
tum in antiquum ſtatum dignitatiſ reſtitui
conuenire. Sed quoniam neq; mihi libere
loquendi neq; uobiſ clementer iudicandi
neq; omnino iudicandi paucorum furore
& audatia facta eſt poteſtaſ, ſed oppreſſa

audiendi

eſt .r.p. armiſ metu debilitata ſeruili uti libe
rum ſpiritum dicendi nullam habeat poteſ-
tatem, cedam inermiſ armatiſ innocenſ no-
centibuſ priuatuſ furibundo magiſtratui.
Neq; enim .Q. Metelluſ quicq̃ de ſua uirtute de-
traxit q. ceſſit .L. Saturnino furenti: Neq;
Cotta q. Q. vario tribuno plebiſ inferiore ge
nere orto cedendum putauit neq; .C. Mari
uſ qui quantaſ reſ geſſerit ueſtra libertaſ uo-
biſ inditio ee potuit, neq; uero .M. Tulliuſ ſu-
um animum a ueſtra alienauit poteſtate
cum pretium uobiſ obſidem ſui animi ue
ſtram reliquerit libertatem. Quam ob rem
teſtor deoſ deaſq; immortaliſ ueſtraſq; max.
menteſ me non uitę turpitudine non pro
ſcelerum magnitudine non propter reliquę
etatiſ infamiam penaſ iure & lege perſolue
re. Sed propter uirtutiſ inuidiam propter
iocundiſſimam ingenij laudem propter a
magnitudinem rerum geſtarum crudeliſ-

Q. Metellus
L. Saturninus
Cotta
Q. Varius
C. Marius

ſine ciuitate priuari. Quod ſi idem accidit qđ
Scipioni ſi Marino ſtratilio mihi hoc accidiſ
ſe non magnopere erit mirandum, cum pre
ſertim non generiſ antiquitate, ſed uirtutis
ornamentiſ ſummam laudem ſim conſecu
tuſ. nūc uoſ equiteſ .r. obteſtor quorum uirtu
te nomen romanum uictoriam cum laude
poſſidet coniunctam, quorum factiſ gloriā
tur ciueſ, gemunt hoſteſ, letantur ſocij, ut ſi
erga uoſ omni tempore optime bene fui aīa
tuſ ſi mea pericula neglexi dum timorem a
patria propulſarem, ſi eque liberiſ ueſtriſ pro
ſpexi ac uoſ parentibuſ conſuletiſ ut nunc i
me uelitiſ ueſtriſ opibuſ defenſum incolumē
in hac ciuitate retinere. Que ciuitaſ cum a
ſcelerata coniuratione eēt incenſa meo luc
tu atq; labore reſtincta ē, nec patiamini me
a liberiſ meiſ abſtractum a coniuge abreptū
a bariſ focisq; innocentem proiectum uitam
degere in exilio. Miſeremini mortaleſ caſum

ſubire. proicitur Tulliuſ in exilium. Itaq; nimi
rum innocenſ ab inimico religioſuſ a ſcelera
to beniuoluſ huic ciuitati ab hoſte. O miſe
ra uite ratio que tam diu reſideſ in uolupta
te q̄ diu fortune poſcit libido. Ego ne inimic⁹
huic ciuitati: q̄ ob rem: quia inimicoſ necaui.
E go ne hoſtiſ: quid ita: quia hoſteſ interfeci. heu
conditionem huiuſ temporiſ. antea gloria &
laude digniſſimi ducebantur qui hec perfe
cerunt, nūc ſcelerati & parricide dicuntur
ēē qui hec adminiſtrarunt. Sint ſane ſcele
rati ſuperent iſtorum uictoria, ſi modo uictoria
appellanda eſt, in qua ciuitati ineſt luctus.
H abeant hanc palmam ex innocente cruore
T antum a uobiſ illud equiteſ peto & rogo ut
quem ſepenumero ueſtra laude cohoneſtaſtiſ
eundem in dubiiſ uite periculiſ ueſtra ubitu
te conſeruetiſ.

F I N I S

·M·T·C· ORATIO AD SEĀTV̄ PRO REDITV SVO·

SI PATRES conſcripti pro
ueſtriſ inmortalibuſ in me
fratremq; meum liberoſq;
noſtroſ meritiſ parum uo
biſ cumulate gratiaſ ege
ro quęſo obteſtorq; ne nãe
meę potiuſ q̃ magnitudini ueſtrorum bene
ficiorum attribuendum putetiſ. Quę tanta
enim poteſt exiſtere ubertaſ ingenii quę tã
ta dicendi copia, quod tam diuinum atq;
incredibile genuſ orationiſ quo quiſq̃ poſſit
ueſtra in noſ uniuerſa promerita non dicã
complecti orando ſed percenſere numeran
do qui mihi fratrem optimum me fratri
amantiſſimo liberiſ noſtriſ parenteſ nobiſ
liberoſ qui dignitatem qui ordinem qui for
tunaſ qui ampliſſimam rē. p. quaſi patriã
qua nihil poteſt eſſe iocundiuſ, qui deniq;

l. optatiſſimū

noſmetipſoſ nobiſ reddidiſtiſ. Quod ſi parē-
teſ cariſſimoſ habere debemuſ quod ab hiis
nobiſ uita patrimonium ciuitaſ libertaſ tra-
dita eſt ſi deoſ immortaleſ quorum benefi-
tio & hec tenuimuſ & ceteriſ rebuſ aucti ſu-
muſ: ſi populum romanum cuiuſ hono-
ribuſ in ampliſſimo conſilio & in altiſſimo
dignitatiſ gradu atq; in hac omnium ter-
rarum arce collocati ſumuſ: Si hunc ipſū
ordinem a quo ſepe magnificentiſſimiis
decretiſ ſumuſ honeſtati immenſum quid-
dam & infinitum eſt quod uobiſ debeam'
quaſi ueſtro ſingulari ſtudio atq; conſenſu
parentum benefitia deorum immortaliū
munera populi.ro. honoreſ ueſtra de me
multa iuditia nobiſ omnia uno tempōe
reddidiſtiſ ut cum multa uobiſ magna p.
romano innumerabilia parentibuſ omīā
diiſ immortalibuſ debeamuſ hec antea ſin-
gula per illoſ habuimuſ nunc uniuerſa

per uoſ recuperauimus. Itaq. P. C. quod ne op
tandum quidem eſt homini immortalitatem
quandam per uoſ adepti eſſe uidemur. Quod
enim tempus erit unquam cum ueſtrorum in
noſ beneficiorum memoria ac fama moriatur.
qui illo ipſo tempore cum ui ferro metu mi
niſ obſeſſi teneremini / non multo poſt diſceſſum
meum me uniuerſi reuocaſtiſ Referente L.
Memmio Ninio fortiſſimo atq. optimo uiro quem ha
buit ille peſtifer Annus & maxime fidelem
& minime timidum. ſi dimicare placuiſſet.
defenſorem ſalutiſ meę. poſtea quam uobiſ poteſ
permissa taſ decernendi non eſt per eum tr. pl. qui cum
per ſe r. p. lacerare non poſſet ſub alieno ſede
re debuit / Nunquam de me ſiluiſtiſ nunquam me
am ſalutem non ab hiiſ quaſi conſulibus uen
l' ipso illo anno. diderunt flagitauiſtiſ. Itaq. ueſtro ſtudio at
q. auctoritate perfectum eſt ipſe ille annus
quem ego mihi quam patrię malueram eſſe
fatalem hoſ tribunoſ haberet. qui & promul-

gauerunt

garent de ſalute mea & ad uoſ ſepenumero re
ferrent. Nam conſuleſ modeſti legumq; me-
tuenteſ impediebantur lege non ea que de me
ſed que de ipſiſ lata erat. cum m̄ſ inimicuſ pro-
mulgauit ut ſi reuixiſſent qui hec pene dele
runt, tum ego redirem quo facto utrunq; cō
feſſuſ eſt & ſe illorum uitam deſiderare, & ma-
gno in periculo rem. p. futuram ſi aut hoſteſ ēē
aut interfectoreſ. r. p. reuixiſſent, aut ego nō
reuertiſſem. Itaq; illo tamen ipſo anno cum
ego ceſſiſſem princepſ huiuſ ciuitatiſ non
legum preſidio ſed parietum uitam ſuam
tuerent reſ. p. ſine conſule eſſ& neq; ſolum
parentibuſ perpetuiſ uerum etiam tutoribuſ
annuiſ eſſ& ḍ orbatuſ ſententiaſ dicere pro-
hiberemini. Caput mee proſcriptioniſ recita
retur nunq̄ dubitatiſ ſalutem meam cum
ſalute communi coniungere, poſtea uero
q̄ ſingulari uirtute & preſtantiſſima. P. Lē
tuli cōſ. ex ſuperioriſ caligine anni & tenebriſ

lucem in· r· p· kl. ianuariiſ reſpicere cepiſtis
cumq; Metelli nobiliſſimi hominiſ atq; opti-
mi uiri ſumma dignitaſ cum pretorum &
tribunorum penę omnium uirtuſ & fideſ
r· p· ſubueniſſ& cum uirtute gloria rebuſ geſ-
tiſ. Gn. Pom. omnium gentium omnium
ſeculorum omniſ memorię facile princepſ
tuto ſe uenire in ſenatum arbitraretur tan-
tuſ ueſter conſenſuſ de ſalute mea fuit ut
corpuſ abeēt meum dignitaſ iam iam in-
patriam reuerteretur. Quo quidem menſe
quid inter me & meoſ inimicoſ intereſſ&
exiſtimare potuiſtiſ. Ego meam ſalutem de-
ſerui ne propter me ciuium uulneribuſ r.
publica cruentaretur. Illi meum redditum
non populi romani ſuffragiiſ ſed flumine
ſanguiniſ intercludendum putauere. Itaq;
poſtea nihil ciuibuſ nihil ſociiſ nihil regibs
reſpondiſtiſ nihil iudiceſ ſententiiſ nihil
populuſ ſuffragiiſ nihil hic ordo auctorita-

te declarauit. Mutum forum elinguem curiam
tacitam & fractam ciuitatem uidebatiſ. Quo
quidem tempore cum iſ exceſſiſſet quaſi ce
di & flamme uobiſ auctoribuſ reſtituerat: cum
ferro & facibuſ homineſ tota urbe uolitan-
teſ magiſtratuum tecta impugnata deorum
templa inflammata ſummi uiri & clariſſi-
mi coſ faſceſ fractoſ fortiſſimi atque optimi in
R. P. non tactum ac uiolatum manu ſed uio-
latum ferro confectumque uidiſtiſ. Qua ſtra-
ge non nulli permoti magiſtratuſ partim ·/· pſi metu mortiſ
deſperatione r. p. paulum a mea cauſa receſ
ſerunt. Reliqui fuerunt quoſ neque terror
nec uiſ nec ſpeſ nec metuſ nec promiſſa nec
minę nec tela nec faſceſ a ueſtra auctorita ·/· l. faceſ.
te a populi ro. dignitate a mea ſalute depel
lerent. Princepſ. P. Lentuluſ parenſ ac decus ·l. deuſ.
noſtrę uitę fortunę memorię nominiſ hoc
ſpecimen uirtutiſ hoc iudicium animi hoc
lumen conſulatuſ ſui fore putauit ſi me

78

meiſ ſi uobiſ · ſi · r · p · reddidiſſ& quaſi ut eſ de
ſignatuſ nunq̃ dubitauit ſententiam de ſa
lute mea & de · r · p · dignam dicere cum · tr ·
pl · uetaretur cum preclarum caput recitare
tur ne quiſ ad uoſ referr& ne quiſ decerne
r& ne diſputar& ne loqueretur ne pedibuſ ir&
ne ſcribendo adeſſ& totam illam ut ante dixi
proſcriptionem non legem putauit quia ci non
uiſ optime de · r · p · merituſ nominatim ſine
iuditio una cum ſenatu · r · p · eſſ& ereptus
ut uero iniit magiſtratum non dicam quid
egit pluſ ſed quid omnino egit aliud niſi ut
me conſeruato ueſtram impoſterum dignita
tem auctoritatemq; ſancir& dij immortaleſ ·
quantum mihi beneficium dediſſe uidemi
ni quod hoc anno · P · Lentuluſ conſul quanto
maiuſ dediſſetiſ ſi ſuperiore anno fuiſſ& nec
enim eguiſſem medicina conſulari niſi con
ſulari uulnere concidiſſem · Audieram ex
ſapientiſſimo homine atq; optimo ciui & uiro

.Q. Catulo non ſepe unum improbum cōſ duoˢ uō
nunq̄ excepto illo Ceſonio tempore fuiſſe. Qua
re meam cauſam ſemper fore firmiſſimam di
cere ſolebat, dum uel unuſ in re. p. conſul qđ
uere dixerat, ſi illud de duobuſ cōſ. quod ante
in re. p. non fuerat perenne ac proprium ma
nere potuiſſet. quod ſi . Q. Metelluſ eo tempore
ren cōſ. fuiſſet inimicuſ: dubitatiſ quo animo in
me conſeruando fuerit futuruſ cum in reſti
tuendo auctorem fuiſſe aſcriptoremq; uideatiſ?
Sed fuerunt duo Conſuleſ quorum menteſ an
guſtę humileſ paruę opplete tenebriſ ac ſordi
buſ nomen ipſum conſulatuſ ſplendorem
illiuſ honoriſ magnitudinem tanti imperij
nec intueri nec ſuſtinere nec capere potuerunt.
nec conſuleſ ſed mercatoreſ prouintiarum
ac uenditoreſ ueſtre dignitatiſ, quorum alter
a me Catilina amatorem ſuum multiſ au
dientibuſ alter Cetegum conſobrinum ſuū
repoſcebat, qui me duo ſceleratiſſimi poſt

hominum memoriam non conſuleſ ſed latro-
neſ non modo deſeruerunt in cauſa preſer-
tim publica & conſulari ſed prodiderunt
oppugnauerunt omni auxilio non ſolum
ſuo ſed etiam ueſtro ceterorumque ordinum
ſpoliatum eſſe uoluerunt: quorum alter ta-
men neque me neque quenquam fefellit. Quiſ enim
ullam ulliuſ boni ſpem haberet in eo cuiuſ
primum tempuſ etatiſ palam fuiſſet ad
omneſ libidineſ diuulgatum quaſi ne a
ſanctiſſima quidem parte corporiſ potuiſſet
omnium inpuram intemperantiam pro-
pulſare qui cum rem ſuam non minus
ſtrenue quam poſtea publicam confeciſſet ege-
ſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio
ſubſtentauit. Qui niſi in aram tribunatus
confugiſſet neque uim pretoriſ nec multitu-
dinem creditorum nec bonorum proſcri-
ptionem profugere potuiſſet. Qui in ma-
giſtratu niſi rogationem de piratico bello

tuliſſet profecto egeſtate et improbitate coac-
tuſ piraticam ipſe feciſſet ac minore quidē
cum r. p. detrimento q̄ quod intra menia
nefariuſ hoſtiſ predoq; uerſatuſ eſt. Quo in
ſpectante ac ſedente legem. T. R. P. tulit ne
auſpiciiſ obtemperaretur ne obnunciare cō
cilio aut comitiiſ ne legi intercedere liceret
ut lex elia et fuſia non ualeret que noſtri
maioreſ tutiſſima preſidia r. p. contra tribu
nitioſ furoreſ ēē uoluerunt. Ideoq; poſtea cū
innumerabiliſ multitudo bonorum de ca-
pitolio ſuplex ad eum ſordidata ueniſſet
cumq; adoleſcenteſ nobiliſſimi cunctiq; eq-
teſ r. ſe ad lenoniſ pedeſ abieciſſent quo uul-
tu manannatuſ ganeo non ſolum ciuium
lacrimaſ uerum etiam patrię preceſ repudi-
auit. Neq; eo contentuſ fuit. Sed etiam in cō-
cionem aſcendit eaq; dixit quę ſi eiuſ uir
Catilina reuixiſſet dicere non eēt auſuſ ſe no-
narum decembrium quę me conſule fuiſſet

cliui

cliuiq; Capitolini penaſ ab equitibuſ ·ro· publice
eſſe repetiturum · Neq; ſolum id dixit ſed quoſ
ei commodum fuit compellauit · Lucium
uero iam equitem · r · preſtanti dignitate hoī
nem & ſaluti meę pro familiaritate · r · p · pro
fortuniſ ſuiſ amiciſſimum coſ imperioſiuſ ex
ire urbe iuſſit · Et cum uoſ ueſtem mutandā
cenſuiſſetiſ cunctiq; mutaſſetiſ: atq; idem om
neſ boni iam ante feciſſent, ille unguentiſ
oblituſ cum toga pretexta quam omneſ pre
toreſ edileſq; tum abiecerant irriſit ſquallorē
ueſtrum & luctum gratiſſime ciuitatiſ, fe
citq; quod nemo unquam tirannuſ ut quo minuſ
occulte ueſtrum malum gemeretiſ nihil di
cere& ne aperte incommoda patrie lugeretiſ
edicere& · Cum uero in Circo flaminio: Non a
·TR · P · conſul in contionem ſed a latrone ar
chipirata productuſ eſſe& · primum proceſ
ſit qua auctoritate uir · uini ſomni ſtupriq;
plenuſ madenti coma · compoſito capillo · gra

buſ oculiſ fluentibuſ bucciſ preſſa uoce & temu
lenta · Quod inciuiſ indemnatoſ eſſe anim-
aduerſum id ſibi dixit grauiſ auctor uehem-
tiſſime diſplicere. ubi nobiſ hec auctoritaſ tã
diu tanta latuit: Cur illuſtriſ & elu actioni-
buſ huiuſ Calamiſtrati ſaltatoriſ tam eximia
uirtuſ tam diu ceſſauit. Nam ille alter Cer-
ſoniuſ caluentiuſ ab adoloſcentia uerſatuſ
eſt in foro cum eum preter ſimulatam uiri
tamq; triſtitiam nulla reſ commendaret: non
non cõſ ſtudium non diſcendi uitia rei mi-
litariſ non cognoſcendorum hominum nõ
liberalitaſ quem preteriens cum incultum
horridum meſtum que uidiſſeſ & ſi agreſtẽ
& inhumanum exiſtimareſ tamen libidiõ-
ſum & perditum non dubitaſti. Cum hoc putaſti
homine & eſopo ſi u etyope in foro conſtitiſ
ſeſ nihil crederes intereſſe ſine ſenſu ſine ſa-
pore elinguem tardum inhumanum nego-
tium capadocem modo abreptum de grege

uenalium diceres· Idem domi quam libidi-
noſuſ q̃ impuruſ q̃ intemperanſ non in-
mane ceptiſ ſed intermiſſiſ uoluptatib;
cum uero etiam litteraſ ſtudere incipit
helluo   & belluuſ immaniſ cum graeculiſ phylo-
ſofari tum eſt epicureuſ non penituſ illi
diſciplinę quecunq; eſt deditus ſed captus
uno uerbo uoluptatiſ· habet autem magiſtroſ
non exiſtiſ ineptiſ qui ſi dieſ totoſ de offitio
& uirtute diſſerunt qui ad laborem ad
induſtriam ad pericula pro patria ſubeun
da adhortantur ſed eoſ qui diſputent ho-
ram nullam uacuam uoluptate ēē debe-
re in omni parte corporiſ ſemper oportere
aliquod gaudium delectationemq; uerſa-
ri hiſ ititur quaſi prefectiſ libidinum ſua-
rum magiſtriſ hi uoluptateſ omneſ ueſti-
gant atq; odorantur· hy ſunt conditoreſ in-
ſtructoreſq; conuiuy idem expedit atq; ex-
ſtimant uoluptateſ ſententiamq; dicunt

& iudicant quantum cuiq; libidini tribuē-
dum ēē uideatur. horum ille artibuſ eru-
dituſ ita contempſit hanc prudentiſſimā
ciuitatem ut omneſ libidineſ omnia fla- (ſuaſ)
gitia latere poſſe arbitraretur ſi modo ul-
tum īportunum in forum detuliſſ&. Iſ
me quāquam equidem non cognoram cū
propter Piſonum affinitatem quam longe
hunc ab hoc genere cognatio materna trā-
ſalpini ſanguiniſ abſtuliſſ&. ſed uoſ popu-
lumq; R. non conſilio neq; eloquentia quod
in multiſ ſaepe accidit ſed rugiſ ſupercilioq; de-
cepit. Luci Piſo tu ne auſuſ eſ iſto oculo nō
dicam iſto animo iſta fronte non uita tā
to ſupercilio non enim poſſum dicere tantiſ
geſtiſ cum Gabinio conſociare conſilia peſ-
tiſ meę. Non te illiuſ unguentorum odor nō
uini anhelituſ non fronſ calamiſtri non
notata torta ueſtigiiſ in eam cognitionez
adducebat ut cum illiuſ rei ſimiliſ fuiſſes

frontiſ tibi integumento ad occultanda tan
ta flagitia diutiuſ uti non liceret. Cum hoc
coire auſuſ eſ ut conſularem dignitatem
ut rei p. ſtatum ut ſenatuſ auctoritatem
ut ciuiſ optime meriti fortunaſ prouintia
rum federe addicereſ. Te conſule tuiſ edictiſ
& imperiiſ ſenatui po. ro. non eſt licitum
non modo ſententiiſ atq; auctoritate ſua
ſed ne luctu quidem ac ueſtitu R. P. ſubue
nire. capue ne te eſſe putabaſ in qua urbe
domicilium quondam ſuperbie fuit. conſ. eſſe
ſicut eraſ eo tempore an rome in qua ciui
tate omneſ ante uoſ conſuleſ ſenatui par
uere. Tu eſ auſuſ in Circo flaminio produ
illo ctuſ cum tuo illo pari dicere te ſemper miſeri
cordem fuiſſe. Quo uerbo ſenatum atq; omneſ
bonoſ cum a patria peſtem crudeleſ demon
ſtrabaſ fuiſſe. tu miſericorſ me affinem tu
um quem comitiiſ prerogatiue primum
cuſtodem prefeceraſ quem KL. Ian. tertio lo

co ſententiam rogabaſ conſtrictum inimicis
P. R. tradidiſti. tu generum meum propin-
quum tuum tu affinem tuam filiam meã
ſuperbiſſimiſ & crudeliſſimiſ uerbiſ a genib;
repuliſti tuiſ. Idem tu clementia ac miſeri-
cordia ſingulari cum ego una cum r. p. nõ
tribunitio ſed conſulari ictu concidiſſem tã
to ſcelere tanta intemperantia fuiſti ut ne
unam quidem horam intereſſe patereriſ in-
ter meam peſtem & tuam predam. ſaltem
dum conticeſcerex lamentatio & gemitibus
urbiſ non dum palam factum erat ↄcidiſ-
ſe. r. p. cum tibi arbitria funeriſ ſoluebantur
uno eodemq; tempore domuſ mea diripieba
tur ardebat bona ad uicinum conſulem de
palatio de tuſculano ad te uicinum. cõſ. de-
ferebantur cum huiſdem operiſ ſuffragium
ferentibuſ eodem gladiatore latore uacuo
non modo aboniſ ſed etiam a liberiſ atq; in-
ani foro ignaro populo. r. quid ageretur ſe

illa

natu uero oppreſſo & afflicto duobuſ impyſ &
nefaryſ conſulibuſ erarium/prouincie/le-
gioneſ imperia donabantur: horum conſu-
p lum ruinaſ uoſ con· uerſtra uirtute uel rui-
na fulsiſtiſ ſumma tribunorum pl. preto-
rumq; fide & diligentia ſubleuati. Quid ego
de preſtantiſſimo uiro. T. Annio dicam/aut
ſatiſ quiſ de tali ciue digne unq̃ loqueretur qui
cum uideret ſceleratum ciuem aut domeſ-
ticum potiuſ hoſtem ſi legibuſ uti liceret
iudicio eſſe frangendum, ipſa iuditia iuſ ne
impediret ac tolleret audatiam uirtute
furorem fortitudine temeritatem conſilio
manum manu uim ui eſſe ſuperandam:
primo de ui poſtulauit poſteaq̃ ab eodem
iuditia ſublata ẽẽ uidit/ne ille ui omnia poſ-
ſet efficere curauit qui docuit neq; tecta neq;
templum neq; forum neq; curiam ſine ſũ-
ma uirtute ac maximiſ opibuſ & copyſ ab
inteſtino latrocinio poſſe defendi. qui prim⁹

poſt meum diſceſſum metum boniſ & auda-
cibuſ huic ordini ſeruitutem depulit ciui-
tati quam rationem pari uirtute animo fi-
de· P Seſtiuſ ſecutuſ pro mea ſalute pro ue-
ſtra auctoritate pro ſtatu ciuitatiſ nullaſ ſi-
bi inimicitiaſ nullam uim nulloſ impe-
tuſ nullum uitę diſcrimen uitandum un-
q̄ putauit· Qui cauſam ſenatuſ exagitatā
concionibuſ improborum ſic ſua diligentia
multitudini commendauit, ut nihil tam
populare q̄ ueſtrum nomen, nihil tam oī-
buſ carum aliquando q̄ ueſtra auctoritaſ
uiderent'·Qui metum omnibuſ rebuſ quib;
tr· pl· potuit deffendit tum reliquiſ officiiſ
iuxta ac ſi frater meuſ eſſet ſuſtentauit·
Cuiuſ ego clientibuſ libertiſ familia copiis
litteriſ ita ſum ſubſtentatuſ, ut mee calami-
tatiſ non adiutor ſolum, uerum etiam ſo-
ciuſ uideretur· Iam ceterorum offitia ſtu-
dia uidiſtiſ q̄ cupiduſ mei Ceſtilliuſ q̄ ſtu-

dioſuſ uiri q̃ non uariuſ fuerit in cauſa quid Mo-
ſpiuſ cui ego ipſi parenti fratriq; eiuſ ſentio i
quantum debeam qui cum m̃ ea uoluntas
eorum inpriuato iuditio ẽẽt offenſa publi
ci mei beneficii memoria priuatam offen-
ſionem oblitterauerunt. Iam T. ad cuiuſ qui [fabiuſ]
mihi queſtor fuit. M. Curtiuſ cuiuſ ego pat̃
queſtor fui ſtudio amore animo: huic ne
ceſſitudini non defuerunt. Multa de me
C. Meſſiuſ et amicitię et r. p. cauſa dixit le-
gem ſpeciatim initio de ſalute mea promul
gauit. Q. fabritiuſ ſi que de me agere conat̃
eſt eacontra uim et ferrum perficere poſſet in [potuiſſ]
ſe ianuario ueſtrum ſtatum recuperaſſemuſ
quem ad ſalutem meam uoluntaſ impulit
uiſ retardauit auctoritaſ ueſtra reuocauit.
Iam uero pretoreſ quo animo in me fuerint
uoſ exiſtimare potuiſtiſ, cum L. Cecliuſ pri-
uatim me ſuiſ omnibuſ copiiſ ſtuduerit ſuſ
tentare publice promulgarit de mea ſalute

cum collegis pene omnibus direptoribus bo- aut
norum meorum initus adeundi potestatem
non fecerit. M. aut Calidius statim designatus
sententia sua quam esset sibi cara mea salus decla-
rauit. Omnia officia .c. septimii .q. valerii . p.
crassi sexti quintilii .c. cornuti summa et in
me et in re p. constiterunt, que cum libenter com-
memoratam nominentur ius non nullorum
nefarie in me commissa pretereo. non est in
mei temporis iniurias meminisse quas ego
etiam si ulcisci possem tamen obliuisci mallem.
Alio transferenda mea tota uita est, ut bene de
me meritis referam gratiam, cum appertis hosti-
bus bellum geram timidis amicis ignoscam.
proditores ius meis non iudicem dolorem pro-
fectionis mee defensores reditus dignitate con-
soler. Quod si mihi nullum aliud esset officium
in omni uita relictum nisi ut erga duces ipsos l relicum
et principes aut auctores salutis mee satis gra-
tus iudicarer, tamen exiguum reliquae uite

mee tempuſ non modo ad referendam uerū etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quomodo enim ego huic homini ac liberiſ eiuſ quando omēs mei gratiam referent que memoria que uiſ ingenij que magnitudo obſeruantię tot tātiſq; benefitiiſ reſpondere poterit. Quaſi mihi primuſ aflicto & iacenti conſularem fidē dextramq; porrexit quaſi me a morte ad uitam a deſperatione ad ſpem ab exitio ad ſalutem uocauit quanto amore in me ſtudio in r. p. fuit ut excogitaret quemadmodum calamitatem meam non modo leuaret ſed etiam honeſtaret. Quid enim magnificentiuſ quid preclariuſ mihi accidere potuit q̄ q̄ illo petente uoſ decreuiſtiſ ut cuncti ex omni italia quaſi rem p. ſaluam uellent ad me unum hominem fractum & prope diſſipatum reſtituendum & defendendum uenirent ut qua uoce te romulę non poſt rōam

conditam cōſ· uſuſ ē & pro uniuerſa ·r·p· apd
eoſ ſolum qui eiuſ uocem exaudire poſſent
eadem uoce ſenatuſ omnibuſ agriſ atq;
oppidiſ ciuiſ totamq; italiam ad uniuſ ſa-
lutem defendendam excitaret· Quid ergo
glorioſiuſ meiſ poſteriſ potui relinquere
q̃ hoc ſenatum iudicaſſe qui ciuiſ non de-
fendiſſ&, eum rem·p· ſaluam noluiſſe· Ita-
q; tantū ueſtra auctoritaſ tm̄ eximia conſu-
liſ dignitaſ ualuit ut omſ flagitium ſe cō-
mittere putaret, ſi q non ueniſſ&· Idemq; cō-
ſuleſ cum illa incredibiliſ multitudo rōam
& pene italia ipſa ueniſſ& uoſ frequentiſſiōſ
in capitolium cōuocauit· Quo tempore quā
tam uim nature bonitaſ haber& & uera no-
bilitaſ intelligere potuiſtiſ· Namq; Metelluſ
& inimicuſ & frater inimici perſpecta ueſtrā
uoluntate omnia priuata odia depoſuit·
quo me Seruiliuſ circumclariſſimuſ tum
uero optimuſ mihiq; amiciſſimuſ & aūctiſ

auctoritatiſ & orationiſ ſue diuina quadam
grauitate ad ſui ſanguiniſ communiſq; gñiſ
facta uirtuteſq; reuocauit ut haberet in conſi
lio & fratrem ab inferiſ ſocium re
rum & omniſ Metelluſ preſtantiſſimoſ ciueſ
pene ab acherunte excitatoſ in quibuſ numi
dicum illum Metellum cui quondam de pa
tria diſceſſuſ honeſtiſ hominibuſ ſane luctu
oſuſ tandem uiſuſ eſt. Itaq; dimittit ſalutem
non modo defenſor ut ante huiuſ benefitiũ
fuerat inimicuſ uerum etiam adſcriptor di
gnitatiſ meę. Quo quidem die cum quadrin
genti eſſetiſ magiſtratuſ hii omneſ
adeſſent diſſenſit unuſ qui ſua lege coniura
toſ etiam ab inferiſ excitandoſ putarat. Atq;
illo die q. r. p. meiſ conſiliiſ conſeruatam gra
arbitrabatur cum illo tantum ſcelere com-
miſſo omnium offitiorum ſociorum dire-
miſſet · Quiſ noſtrum ſeruum Sillam / quiſ
Publium / quiſ M · Lecam / quiſ Cornelium de
fendendum putauit · Quiſ hiſ horum affu

ut nemo/Quid ita quia ceteriſ in cauſiſ & nocē
teſ uiri boni ſi neceſſarij non ſunt defendendoſ
eē non putant in hoc crimine non ſolum le
uitatiſ eſt culpa uerum & quedam contagio
ſceleriſ ſi defendaſ eum quem obſtrictum eē
patrie ſuſpicere. Quid Antronio non ne ſoda
leſ non ne collegę ſui non nę ueteres amici quorum
ille copia quondam abundarat/Non hi om
neſ qui ſunt in r.p. principeſ defuerunt im
mo & pleriq; teſtimonio leſerunt. Statuerant
tantum illud eē maleficium quod non mo
do occultari per ſe ſed etiam aperiri illuſtrari
q; deberet. Quamobrem quid eſt quod mirere
ſi cum iiſdem in hac cauſa me uideſ adeſſe ci
quibuſ in ceteriſ intelligiſ abfuiſſe niſi uero
me unum uiſ ferum preter ceteroſ me aſpe
rum me inhumanum exiſtimari me ſingu
lari immanitate & crudelitate preditum ha
nc mihi tum ſi propter reſ meaſ geſtaſ impo
niſ in omni uita mea perſonam Torquate ue

hementer erraſ me natura miſericordem pa
tria ſeuerum crudelem nec patria nec natũa
ẽẽ uoluit. Deniq; iſtam ipſam perſonam uehe
mentem & acrem quam mihi tum tempuſ &
.r.p. impoſuit iam uoluntaſ & natura ipſa de
traxit. Ille enim ad breue tempuſ ſeueritatem
poſtulauit hec in omni uita miſericordiam le-
nitatemq; deſiderat. Quare nihil eſt quod ex
tanto comitatu uirorum ampliſſimorum ab   me unũ
ſtrahaſ ſimplex offitium atq; una ę bonorum
omnium cauſa nihil eſt quod admirere poſt
hac ſimul in eaę parte in qua hoſ animaduẽ-
teriſ me uidebiſ. Nulla enim eſt in .r.p. cau-
ſa mea propria. Tempuſ agendi fuit mihi
magiſ proprium q̃ ceteriſ doloriſ uero & ti
moriſ & periculi illa fuit cauſa communiſ.
Neq; enim princepſ tunc ad ſalutem ẽẽ potuiſſẽ
ſi ẽẽ alii comiteſ uoluiſſent. Quare neceſſe eſt
quod m̃ conſuli precipuum fuit preter alioſ
id iam priuato cum ceteriſ ẽẽ commune.

Neq; ego hoc partẽnde inuidię ſed communicã de laudiſ cauſa loquor honeriſ mei partem nemini impartio glorię boniſ hominibuſ in Antronium teſtimonium dixiſti inqt Sillam defendiſ hoc totum eiuſmodi eſt iudiceſ ut ſi ego ſim inconſtanſ ac leuis nec teſtimonio fidem tribui" nec defenſioni auctoritatem. Sin eſt in me ratio .r. p. religio priuati officii ſtudium retinendę uoluntatiſ bonorum. Nihilominuſ debẽt habere q̃ a me defendi Sillam teſtimonio leſũ ẽẽ Antronium. Videor enim non ſolum ſtudium ad defendendaſ cauſaſ uerum opinioniſ aliquid & auctoritatiſ afferre qua & moderatę ego utar iudiceſ & omĩno non uterer ſi ille me non coegiſſet. Duę coniurationeſ Torquatę abſte conſtituuntur una quę Lepido & voltatio conſulibuſ p̃re tuo conſule" harum in utraq; Sillam ẽ dicaſ fuiſſe patriſ tui fortiſſimi uiri atq;

" conuicit

" deſignato facta ẽẽ dicatur alta q; me cõſule

optimi conſulis Scis me conſiliis non inter
fuiſſe · ſcis me cum tecum ſummus uſus eẽt
tamen illorum expertem ſermonum. & tẽ-
porum fuiſſe · Credo quod nondum peni-
tus in · r · p · uerſabar quod nondum ad pro-
poſitum finem mihi honoris perueneram:
Quod mea ambitio & forenſis labor ab omĩ
illa cogitatione abſtrahebat · Quis ergo intᵉ
erat ueſtris conſiliis omnes hi quos uides
huic adeẽ · & in primis · Q · Hortenſius qui cũ
propter honorem & dignitatem atq; ani
mum eximium in · r · p · tum per ſummam
familiaritatem ſummumq; honorem in pa-
trem tuum cum communibus tum preci-
puis patris tui periculis commouebatur · r ·
Ergo iſtius coniurationis crimen defenſum
ab eo eſt qui interfuit qui cognouit qui p-
ticeps & conſilii ueſtri fuit & timoris cuius
in hoc crimine propulſando cũ eẽt copioſiſ-
ſima atq; ornatiſſima oratio tamen non i

minuſ inerat auctoritatiſ in ea q̄ facultatiſ illi
ig² iuſ coniurationiſ que facta contra uoſ delata ad
uoſ a uobiſ prolata ēē dicitur ego teſtiſ ēē nō
potui non modo enim nihil non comperi
ſed uix ad aureſ meaſ iſtiuſ ſuſpitioniſ fama
peruenit qui uobiſ in conſilio fuerunt qui uo-
biſcum illa cognouerunt quibuſ ipſiſ peri-
culum tum conflari putabatur qui Autro-
nio non affuerunt qui in illum teſtimonia
grauia dixerunt hunc defendunt huic ad-
ſunt in huiuſ periculo declarant ſe non cri-
mine coniurationiſ ne adeſſent ceteriſ ſed
hominum maleficio deterritoſ ēē mei con-
ſulatuſ autem temporiſ & crimen maxime
coniurationiſ a me defendetur atq; inter noſ
partitio non eſt fortuito iudiceſ nec temere
facta ſed cum uideremuſ eorum criminum
noſ patronoſ adhiberi quorum teſteſ eſſe
poſſemuſ uterq; noſtrum ſibi ſuſcipiendum id
putauit de quo aliquid ſcire ipſe atq; exiſti-

mare potuiſſet. Et quoniam de criminibus ſupe-
rioris coniurationis Hortenſium diligenter au
diſtis de hac coniuratione que me conſule fa
cta eſt hoc primum attendite. Multa cum ẽẽꝫ
conſul de ſummis r. p. periculis audiui mul
ta queſiui multa cognoui nullus unq̃. de Sil
la nuntius ad me nullum inditium nulla ſu-
ſpitio nulle littere peruenerunt multum hec
uox fortaſſe deberet ualere eius hominis qui
conſul inſidias r. p. conſilio inueſtigaſſet ueri-
tate aperuiſſet magnitudinem animi uindi
caſſet cum ipſe nihil audiſſe de P. Silla nihil
ſuſpicatum ẽẽ diceret. Sed ego nundum u-
tor hac uoce ad hunc defendendum ad pũ-
gandum me potius utor mirari Torquatus ut
deſinat me qui Antronio abfuerim Sillam
defendere. Que enim Antronii fuit cauſa q̃
Sillę eſt ille ambitus iuditium tollere ac diſ-
turbare primum conflato uoluit gladiatoꝝ
ac fugitiuorum tumultu deinde id quod ui

dimuſ omneſ lapidatione atq; concurſu Sil-
si·l· la sibi ſuiſ pudor ac dignitaſ non prodeſ-
ſet nullum auxilium requiſiuit ille dam-
natuſ ita ſe gerebat non ſolum conſiliiſ &
ſermonibuſ verum & aſpectu atq; uultu
ut inimicuſ eẽe ampliſſimuſ ordinibuſ ĩ-
feſtuſ boniſ omnibuſ hoſtiſ patrię uidere-
tur. Hic ſe ita fractũ illa calamitate atq; af-
flictum putauit ut nihil ſibi ex priſtina di-
gnitate ſupereſſe arbitraretur niſi quod mo-
deſtia retinuiſſet. Hac uero in coniuratio-
ne quid tam coniunctum q̃ ille in coniũ-
ctum cum Catilina cum Lentulo q̃ tanta ſo-
cietas ullis inter ſe rerum optimarum q̃ ei
cum illiſ ſceleriſ libidiniſ audatię. Quod fla- tãta
gitium Lentuluſ non cum Antronio conce-
pit quod ſine eodem Cathelina facinuſ ad-
miſit cum interim Silla cum eiſdem illiſ
non modo noctem ſollicitudinemq; non q̃-
mediocri rere sed ne quidem ſermone congreſſu cõ-

iungerẽ. Illum Allobrogeſ maximarum rerum
ueriſſimi iudiceſ illum multorum littere ac
nuncii coarguerunt. Sillam interea nemo ſi-
mulauit nemo nominauit. Poſtremo eiecto
ſiue iam emiſſo ex urbe Cathilina ille arma
miſit cornua tubaſ faſceſ ſigna legioneſ ille
relictuſ intuſ expectatuſ foriſ Lentuli pena cõ-
preſſuſ conuertit ſe aliquando ad timorem
nunq̃ ad ſanitatem. Hic contra quieuit ut ſalutẽ
eo tempore omni neapoli fuerit ubi neq; oẽſ ita
homineſ fuiſſe putantur huiuſ affineſ ſuſ-
pitioniſ & locuſ eſt ipſe non tam ad inflam-
mandos calamitoſorum hanimoſ q̃q̃ ad
conſolandoſ accommodatuſ. Propter hãc
tãtam igitur diſſimilitudinẽ me in utroq; prebui.
Veniebat enim ad me & ſepe ueniebat Antro-
niuſ multiſ cum lacrimiſ ſupplex ut ſe de-
fenderem & ſe meum condiſcipulum in pu-
ericia familiarem in adoleſcentia collegam
in queſtura commemorabat fuiſſe multa

mea in ſe nonnulla & ſua in me proferebat offi
tia quibuſ ego rebuſ iudiceſ ita flectebar ani
mo atque frangebar ut & ex memoria quaſ mi
hi ipſe fecerat inſidiaſ deponerem ut iam im
miſſum eſſe ab eo .C. Cornelium qui me in ſedi
buſ meiſ in conſpectu uxoriſ meę ac liberorum. meorum
trucidaret oblivıſcerer quod ſi de uno me cogitaſ
ſem qua mollitia ſum animi ac lenitate nun
quam me hercule illiuſ lacrimiſ ac precibuſ reſti
m tiſſem. Sed cum patrię imago cum veſtrorum
periculorum cum huiuſ urbiſ cum illorum
delubrorum atque templorum cum puerorum
infantium cum matronarum ac uirginum
ueniebant in mentem & cum illę infeſtę ac
funeſtę faceſ uniuerſumque totiuſ orbiſ incen
dium cum tela cum cędeſ cum ciuium cru
or cum cinıſ patrię verſari ante oculoſ atque ani
mum memoria refricare cœperat tum ei re deni
ſiſtebam nec ſolum illi hoſti ac parricidę Sed
hiſ & propinquiſ illiuſ Marcelli patri & fi

horum quorum alter apud me parentiſ grauita
tem alter filii ſuauitatem obtinebat neq; arbitra me
bar ſine ſumo ſcelere poſſe quod maleficium in
aliiſ uindicaſſem idem in illorum ſocio cum ſcirē
defendere. Atq; idem ego neq; P. Sillam ſupplicē
ferre neq; eoſdem Marcelloſ neq; huiuſ M. Meſ
ſalle hominiſ neceſſarii preceſ ſubſtinere potui
neq; enim eſt cauſa aduerſata nature nec ho
mo nec reſ miſericordie mee repugnauit nuſq̄.
nomen nuſq̄ ueſtigium fuerat nullum. crimē
nullum iuditium ſuſcepi cauſam Torquate
ſuſcepi & feci libenter ut me quem boni conſtā
tem ut ſpero ſemper iſtimaſſent eundem nec im ex
probi quidem crudelem dicerent. hic ait ſe ille
iudiceſ mei regnum meum fore non poſſe.
Quod tandem Torquate regnum conſulatus cre
do mei in quo nihil ego ĩperaui nihil ſed contra
patribuſ conſcriptiſ & boniſ hominibuſ parui
quo in magiſtratu non inſtitutum eſt a me
iudiceſ regnum ſed promiſſum. An tamen

in tanto imperio in tanta potestate non dicis fu-
isse regem nunc priuatum regnare dicis. Quo
tandem nomine quod in quos testimonia di-
xisti inquit damnati sunt/ Quem defendis spe-
rat se absolutum iri. hic tibi ego de testimo-
niis meis hoc respondeo/ si q. falsum dixeri
te in illos dixisse. Sin uerum hoc non ee hoc
regnare cum uerum iuratos dicas probare de
huius spe tantum dico. Nullas a me opes. P. Sil-
lam nullam potentiam nihil deniq; preter
fidem defensionis expectare nisi tu inquit ca-
usam recepisses nunq restitisset mihi sed in-
dicta causa profugisset. Si iam tibi hoc concedam
Q. Hortensium tanta grauitate hominem
si hos tales uiros non suo stare iuditio sed a
meo si hoc tibi idem quod credi non potest
nisi ego huic adessem hos affuturos non fu-
isse. Vter tandem rex est is ne cui innocentes
homines non resistunt an is qui calamitosos
non deserit. At hic & id quod tibi necesse mi-

nime fuit facetus ee uoluisti cum Tarquinium
& Numam & me tercium peregrinum reges
ee dixisti. Mitto iam de rege querere. Illud q
ro peregrinum cur me ee dixeris nam si ita
sum non tam admirandum regem ee me ut ō quia
tu uis & peregrini reges rome fuerunt qui in
consulem rome fuisse peregrinum hoc dico
inquit te ee ex municipio unde iterum ia fateor & addo & ex eo municipio
salus huic imperio ubique missa est. Sed scire
ex te percupio quare qui ex municipiis
ueniant peregrini tibi ee uideantur nemo
enim isthuc M. illi Catoni seni cum plurimos
haberet inimicos nemo ticorum canio neque
curioni nemo huic ipsi nostro C. Mario cum
ei multi inuiderent obiecit umquam. Equidem
uehementer letor eum ee me in quem cum
tu cuperes nullam contumeliam iacere po-
tueris que non ad maximam partem ciui-
um conuenire. Sed tamen te a me pro ma- pertinere
gnis causis nostre necessitudinis monendum

150

eẽ etiam atq; & puto non poſſunt omneſ eẽ pa-
tricii ſi uerum quęris nec curant quidem nec
ſe equaleſ tui propter iſtam cauſam abſ te
anteiri putant. At ſi tibi noſ peregrini uide-
mur quorum iam & nomen & honoſ inue-
terauit & huic urbi & hominum famę ac
ſermonibuſ q̃ tu tibi illoſ competitoreſ tuos
peregrinoſ uidere neceſſe fuerit qui iam ex
tota italia delecti tecum de honore & de omĩ
dignitate contendunt. Quorum tu caue quẽ-
q̃ peregrinum appelleſ ne peregrinorum ſuf-
fragiiſ obruare qui ſi attulerint neruoſ & in-
duſtriam mihi crede excutient tibi iſtam
uerborum iactatiõem & te eſt ſomno ſepe ex-
citabunt nec patientur te abſ te niſi uirtute
uincentur honore ſuperari ac ſi iudiceſ cęte-
riſ patriciiſ me & uoſ peregrinoſ uideri opor-
teat a Torquato tamen hoc uitium ſileretur.
Eſt enim ipſe a materno genere municipialiſ
generiſ honeſtiſſimi ac nobiliſſimi ſed tamen Aſculani

A ut igitur deceat picentes ſolos non ẽe peregrinos
aut gaudeat ſuo generi me meum ante non
ponerem. Quare neque me peregrinum poſt-
hac dixeris ne grauius refutare neque regem ne
derideare niſi forte regium tibi uideretur.
ita uiuere ut non modo homini ſed ne cupi
ditati quidem ulli ſeruias Contemnere om
nes libidines non auri non argenti non cete-
rarum rerum indigere in ſenatu ſentire li
bere populi utilitati magis conſulere quam uo-
luntati nemini credere multis obſiſtere ſi hoc
putas ẽẽ regium me regem ẽẽ confiteor. Si
te potentia mea ſi dominatio ſi denique ali-
quod dictum arrogans aut ſuperbum mo-
uet quin tu id potius profers quam uerbi inuidiã
contumeliamque maledicti: ego tantis a me be
neficiis in r. p. poſitis ſi nullum aliud mihi p
mium a S. P. Q. R. nisi honeſtum ocium poſtu
larem quis non concederet ſibi haberent ho
nores ſibi imperia ſibi prouincias ſibi triũ

ſeruire

foſ ſibi alia preclare laudiſ inſignia Mihi lice-
ret huiuſ urbiſ quam conſeruaſſem conſpec-
tu tranquillo animo & quieto frui· Quod ſi
hoc non poſtulo: ſi ille labor meuſ priſtinuſ
ſi ſollicitudo ſi offitia ſi opere ſi uigilie deſer-
uiunt amiciſ preſto ſunt omnibuſ: ſi neq; a
amici in foro requirunt ſtudium meū neq;
r·p· in curia Si me non modo non rerum ge-
ſtarum uacatio ſed neq; honoriſ neq; etatiſ
excuſatio uindicat a labore: ſi uoluntaſ mea
ſi induſtria ſi domuſ ſi animuſ ſi aureſ pa-
tent omnibuſ: ſi mihi ne ad ea quidem quę
pro ſalute omnium geſſi recordanda & cogi
tanda quicq̄ relinquitur temporiſ tamen hoc
regnum appellabitur cuiuſ uicariuſ qui
uelit ēē inueniri nemo poteſt longe abeſt
regni ſuſpicio ſi queriſ qui ſint romę regn-
um occupare parati ut ne repliceſ annaliū
memoriam ex domeſticiſ imaginibuſ inue-
nieſ reſ enim geſte credo me mee nimiſ ex-

conati

tulerunt. At mihi neſcio quoſ ſpirituſ attu-
lerunt. Quibuſ de rebuſ tam clariſ tam ĩmor-
talibuſ iudiceſ hoc poſſum dicere me qui eſũ-
miſ eripuerim periculiſ urbem hanc & uitã
omnium ciuium ſatiſ adeptum fore ſi ex
hoc tanto in omneſ mortaleſ benefitio nul-
lum in me periculum redundabit. &enim
in qua ciuitate reſ tantaſ geſſerim memini
& in qua urbe intelligo plenum forum eſt
eorum hominum quoſ a ueſtriſ ceruicibus
depuli iudiceſ a meiſ non remoui niſi uero
fuiſſe paucoſ arbitramini qui conari aut
ſperare poſſent ſe tantum imperium poſſe
debere. Horum ego faceſ eripere de manibꝫ
& gladioſ extorquere potui ſicut feci. Volũ-
tateſ uero conſceleratas ac nefariaſ nec ſana-
re potui nec tollere ‖ quanto periculo uiuam
in tanta multitudine improborum cum
mihi uni cum omnibuſ improbiſ eternũ
uideam bellum ẽẽ ſuſceptum. Quod ſi ille-

‖ quare nõ ſum neſciuſ

meiſ preſidiuſ forte inuide & ſi ea tibi regia ui
dentur Quod omneſ boni omnium generũ
ac ordinum ſuam ſalutem cum mea coniũ
te gunt conſolare q omnium menteſ improborũ
uni mihi maxime ſunt inſenſe & aduerſe qui me
non modo ſolum idcirco oderunt q eoſ cona
tuſ impioſ & furorem cõſceleratum repreſſi ſed
eo ẽ magiſ q nihil iam ſe ſimile me uiuo cona
ri poſſe arbitrantur. At uero quid ego miror ſi
quid ab improbiſ de me improbe dicitur cum
L. Torquatuſ primum ipſe ab hiſ fundamen
tiſ adoleſcentię iactiſ ea ſpe propoſita ampliſ
ſime dignitatiſ deinde. L. Torquati fortiſſimi
conſuliſ conſtantiſſimi ſenatoriſ & ſemper op
timi ciuiſ ciuiſ filiuſ interdum efferatur in
moderatione uerborum qui cum ſuppreſſa
uoce de P. Lentuli ſcelere de audatia coniura
torum omnium dixiſſe tantummodo ut te
uoſ qui ea probitatiſ exaudire poſſitiſ de ſup
plitio P. Len. de carcere magna & queribunda

uoce dicebat in quo primum erat abſurdum
quod cum ea que leuiter dixerat uobis proba
re uolebat eoſ autem qui circum iuditium
ſtabant audire nolebat non intelligebat cla-
re ea que diceret. Ita illoſ audituroſ quibuſ ſe
uendicabat non uoſ qui audiretiſ qui id nō
probabitiſ. Deinde iam alterum oratoriſ uiti-
um non uidere quid q̄ causa poſtulet. Nihil ē q;
enim tam alienum ab eo qui alterum coniu
rationiſ accuſet q̄ uideri penam coniurato-
rum mortemq; lugere quod cum iſ tribunuſ
pl. facit qui unuſ uidetur ex illiſ ad lugen-
doſ coniuratoſ relictuſ n̄ mirum eſt. diffici-
le eſt enim tacere cum doleaſ. te ſi quid eius
modi faciſ non modo talem adoleſcentem ſed
ſed in ea cauſa in qua te iudicem coniuratio-
niſ uelliſ ēē uehementer admiror. Sed repre-
hendo tamen illud maxime quod iſto inge-
nio et prudentia preditus cauſam r.p. non
teneſ qui arbitrare p. romane reſ eaſ non pro-

bari quaſ me conſule omneſ boni communi
pro ſalute geſſerunt & quem tu horum qui
adſunt quibuſ te contra ipſorum uolunta-
tem uendicabaſ aut tam ſceleratum ſtatu-
iſ fuiſſe ut hec omnia perire uoluerit aut
tam miſerum ut per ſe perire cuperet & ni-
hil haberet quod ſaluum ēē uellet. An uero
clariſſimum uirum generiſ ueſtri ac nōi-
niſ nemo reprehendit qui filium ſuum
uita priuauit ut in ceteriſ firmaret impe-
rium. Tu. r. p. reprehendiſ que domeſticos
hoſteſ ne ab hiſ ipſa necaretur necauit. Itaq;
attende iam Torquate quam ego diffugi-
am auctoritatem conſulatuſ mei maxiã
uoce ut omneſ exaudire poſſint. Dico ſem-
per dicam, adeſtote omneſ omneſ animis
corporibuſ qui adeſtiſ quorum ego frequentia mag-
nopere letor. Erigite menteſ aureſq; ueſtr-
aſ & me de inuidioſiſ rebuſ ut ille putat di-
centem attendite. ego conſul cum exercitꝰ

perditorum ciuium clandeſtino ſcelere con-
flatuſ crudeliſſimum & luctuoſiſſimum ex-
itium patrię comparaſſ& cum ad occaſum
interitumq; r· p· Cathilina in caſtriſ in his
autem tectiſ atq; templiſ dux Lentuluſ eēet cō-
ſtitutuſ meiſ conſiliiſ meiſ laboribuſ mei ca-
pitiſ periculiſ ſine tumultu ſine delectu ſine
exercitu quinq; hominibuſ comprehenſiſ atq;
confeſſiſ incenſione urbem internitione ci-
ueſ uaſtitate italiam interitu · r· p· liberaui·
Ego uitam omnium ciuium ſtatum orbiſ ter-
re urbem deniq; omnium noſtrum arcem
regum & nationum exterarum lumen gē-
tium domicilium imperii quinq; hominū
amentium ac perditorum pena redemi·
An me exiſtimaſti hec iniuriatum in iudi
tio non eē dicturum q̄ iuratuſ in maxima
contione dixiſſem atq; eē illud abdam ne
qui forte incipiat improbuſ ſubito te ama-
re Torquate & aliquid ſperare de te atq; ut

idem omneſ exaudiant clariſſima uoce dicam har
rerum omnium quaſ ego in conſulatu pro ſa
commui lute ſuſcepi & geſſi. L. ille Torquatuſ cum eẽẽ
meuſ contubernaliſ in conſulatu cum ſignifer
eẽẽ iuuentutiſ atq; in pretura fuiſſ& auctor ad·
iutor particepſ extitit tum princepſ cum au·
eſſet ctor cum ſignifer & iuuentutiſ parenſ eiuſ ho·
mo amantiſſimuſ patrie maximi animi ſum·
mi conſilii ſingulariſ conſtantię cum eẽẽ eger
illiſ tamen omnibuſ rebuſ interfuit. Nunq̃ eſt
a me digreſſuſ ſtudio conſilio auctoritate·
unuſ adiuuit plurimum cum infirmitatẽ
corporiſ animi uirtute ſuperaret. Videſ ne ut
ex eripiam te improborum ſubita gratia & recõ
ciliem boniſ hominibuſ qui te & diligunt
& retinẽ& retinebuntq; ſemper. Nec ſi a me for
te deſciueriſ idcirco te a ſenatu & a·r·p· & a tua di
gnitate deficere paterentur. Sed iam redeo
ad cauſam atq; hoc uoſ iudiceſ teſtor mihi de
me mex ipſo tam multa dicendi neceſſitaſ q̃dã

īpoſita eſt ab illo. Nam ſi Torquatuſ Sillam ſo
lum accuſaſſ& ego q̊q; hoc tempore nihil ali
ud agerem niſi eum qui accuſatuſ eēt de
fenderem. Sed cum ille tota ſua oratione
in me eſſ& inuectuſ & cum in initio ut dixi
defenſionem meam auctoritate ſpoliare uo
luiſſ& & ſi dolor meuſ reſpondere non coge
r& tamen ipſa cauſa hanc a me orationem
flagitauiſſ& Allobrogibuſ nominatim di
ciſ Sillam quiſ negat Sille itium & uide
q̃admodum nominatuſ ſit L. Caſſium di
xerunt commemoraſſe cum ceteriſ Antroni
um ſecum facere. Quero num Sillam dixe
rit Caſſiuſ nunq̃ ſe animuſ queſiſſe de Caſſio
Quid Silla ſentir& uidete diligentiam gallo
rum qui uitam hominum naturamq; noſc&
ac tantum audiſſ& eoſ pari calamitate qui
fuerant eē in eadem uoluntate. Quid tum
Caſſiuſ ſi reſpondiſſ& idem ſentire & ſecum
facere Sillam tamen mihi non uidetur in

hunc id criminoſum ēē debere. Quid ita q̄a
qui barbaroſ homineſ ad bellum impelle-
bat non debebat minuere illorum ſuſpitio-
nem & purgare eoſ de quibuſ illi aliquid
ſuſpicarentur. Non reſpondit tamen unā
facere Sillam & enim ēē& abſurdum cum
ceteroſ ſua ſponte nominaſſ& mentionem
facere nullam niſi admonitum & interro-
gatum niſi forte uerisimile eſt. P. Sillę no-
men Caſſio in memoriam non fuiſſe ſi
nobilitaſ hominiſ ſi afflata fortuna ſi re-
liquie priſtinę dignitatiſ non tam illuſtreſ
fuiſſ& tamen Antronii commemoratio
memoriam Sille retuliſſ& &̄ ut arbitror cū
auctoritatiſ principium coniurationis +
ad incitandoſ animoſ Allobrogum colliga-
ret: Caſſiuſ & cum ſciret exteras nationes
maxime nobilitatiſ moueri non priuſ An-
tronium q̄ Sillam nominaſſ&. Iam uero
probari illud minime poteſt Galloſ Antro-

nio nominato putaſſe propter calamita-
tiſ ſimilitudinem ſibi aliquid ēē queren-
dum Caſſio ſic ēēt in eodem ſcelere ne cum
appellaſſet quidem Antronium huiuſ in-
mentem uenire potuiſſe. Sed tamen quid
reſpondit de Silla Caſſiuſ ſe neſcire certū
non purgat inquit dixit Annanę ſi argu-
eret quidem tum deniq; cum ēēt interroga-
tuſ id criminoſum uideretur. Sed ego in iu-
diciiſ et queſtionibuſ non hoc querendū
arbitror non purgetur aliquiſ et non ar-
guatur. Et enim cum negat ſe ſcire Caſſi-
uſ utrum ſubleuat Sillam an ſatiſ probat
ſe neſcire. Subleuat apud Galloſ quid ita
ne indicet. Quid ſi periculum ēē putaſſet
ne illi unq̄ indicarēt de ſe ipſo confeſſus eſ-
ſet neſcit iudiceſ credo celatum ēē Caſſiū
de Silla uno non de ceteriſ certe ſciebat et
ea domi euiſ pleraq; conflata ēē conſtabat.
Qui negare uoluit in eodem numero ēē Sil-

Iam quo pluſ ſpei galliſ daret dicere autem
falſum eſt neſcire dixit. Atq; hoc perſpicuum
eſt cum iſ qui de omnibuſ ſcierit de Silla ſe-
ſcire negarit: eadem uim ēē negationiſ hu-
iuſ q̄ ſi extra coniurationem hunc ēē ſe ſci-
re dixiſſet. Nam cuiuſ de omnibuſ ſcientiā
conſtat fuiſſe eiuſ ignoratio de aliquo pur-
gatio debet uideri ſed iam non quero purget
ne Caſſiuſ Sillam illud tantum mihi ſatis
eſt contra Sillam nihil ēē in iuditio. Excluſ
hac criminatione Torquatuſ rurſuſ in me
irruit me accuſat ait me aliter ac dictum ē
in tabulaſ publicaſ retuliſſe. O dii īmortaleſ
uobiſ enim tribuam q̄ ueſtra ſunt. Nec ue-
ro poſſum modo tantum ingenio dare ut
tot reſ tantaſ tam uariaſ tam repentinaſ in
illa turbulentiſſima tempeſtate r. p. mea
ſponte deſpexerim. Voſ profecto animum
tum meum conſeruandę patrię cupiditate
incendiſtiſ. Voſ me ab omnibuſ ceteriſ cogita-

tionibuſ

tionibuſ ad unam ſalutem r·p· contuliſtiſ voſ
denique in tantiſ tenebriſ erroriſ & inſcitie cla-
riſſimum lumen contuliſtiſ menti mee. Vidi
ego hoc iudiceſ niſi recenti memoria ſena-
tuſ auctoritate huiuſ iudicii monumentiſ
publiciſ teſtatum eſſe fore ut aliquando non
Torquatuſ nec Torquati quiſpiam litteriſ
nam id me multum feſellit. ſed ut aliquis
patrimonio naufraguſ inimicuſ ocii bono-
rum hoſtiſ aliter iudicata hec eſſe diceret quo
faciliuſ uento aliquo in optimum quemque
excitato poſſit in maliſ r·p· portum ſuorum
malorum aliquem inuenire. itaque introdu-
ctiſ in ſenatum iudicibuſ conſtitui ſenato-
reſ qui omnia iudicum dicta interrogata
reſponſa proſcriberent. ad quoſ uiroſ non
ſolum ſumma uirtute & fide cuiuſ generiſ
in ſenatu facultaſ maxima. ſed & quoſ ſcie-
bam memoria ſcientia conſuetudine & ce-
leritate ſcribendi facillimeque dicere proſequi

poſſe. C. Coſtonium qui erat pater. M. Meſ-
ſallam qui tum preturam petebat. P. Nigi-
dium Appium Claudium credo ēē memo-
rem qui hiſ omnibuſ aut uere referendiſ
aut putet aut ingenium defuiſſe. Quid de-
inde quid feci cum ſcirem ita iuditium
in tabulaſ publicaſ ut ille tabule priuata
tamen cuſtodia more maiorum contine-
retur non occultaui non continui domi
ſed deſcribi ab omnibuſ ſtatim librariiſ di-
uidi paſſi & peruulgari atq; ædi. p. ro. im-
peraui & diuiſi toti italię diuiſi in omneſ
prouinciaſ eiuſ iuditii equo ſaluſ oblata
eēt omnibuſ expertem ēē neminem uo-
lui, itaq; dico locum in orbe terrarum ēē
nullum quo in loco. r. p. nomen ſit quin
eodem preſcriptum hoc iudicium perue-
nerit. in quo ego tum ſubito & exiguo &
turbido tempore multa diuinituſ ita ut
dixi non mea ſponte prouidi. Primum

ne qui poſſ& tantum aut de · r · p · aut de ali ·
cuiuſ periculo meminiſſe quantum uelle
deinde ne cui licer& unq̄ reprehendere illud
iuditium aut temere creditum criminari ·
P oſtremo ne quid iam a me ne quid ex me-
iſ contrariiſ quereretur ne aut obliuio mea
aut memoria uideretur nimia, ne deniq;
aut negligentia turpiſ aut diligentia cru-
deliſ putaretur. Sed tamen abſ te Torquate
quero cum iudicatur tuuſ inimicuſ ee͞e &
ee͞t eiuſ rei frequenſ ſenatuſ & recenſ memo-
ria teſtiſ tibi modo familiari & contubernali
priuſ ee͞ editum iuditium. fuerunt ſcribę
mei ſi uoluiſſeſ quem in eo die dicere retu-
liſſeſ cum uideriſ aliter fieri tu iſti paſſuſ
eſ non mecum aut cum familiari modo
queſtuſ eſ aut quoniam tam facile in uehe-
riſ in amicoſ iracundiuſ aut uehementiuſ
expoſtulaſti, tum cum tua uox nunq̄ ſit
audita cum iuditio lecto deſcripto diuul-

gato quieuerıſ tacuerıſ repente tantam rem
enuntiare & in eum locum te deducaſ ut
anteq̄ me commutati iudicii coarguerıſ te
ſummae neglıgentıe tuo iuditio conuictum
ēē fateare mihi cuiuſq̄ ſaluſ tanti fuiſſe
ut meam negligerem per me. Ego ueritatē
patefactam contaminarem aliquo menda
tio. Quem q̄ ego denique iuuarem a quo & cru
deleſ inſidiaſ in r. p. factaſ & in me potiſſimū
conſulem putarem. Quod ſi iam eſſem obli
tuſ ſeueritatiſ & conſtantię meę tamen ne
amenſ eram ut cum litterę poſteritatiſ cau
ſa repertę ſint que ſubſidio obliuionıſ eſſe
poſſunt ego recentem putarem memoriam cū
cti ſenatuſ commentario meo poſſe ſuperari
Ferro ego te Torquate iam dudum fero & nō
nunq̄ animum incitatum ad ulciſcendum ora
tionem tuam. Reuoco ipſe & reflecto permitto ali
quid iracundie tue do adoleſcentie cedo ami
citie tribuo parenti Sed niſi tibi aliquem t

uitę modum conſtitueriſ cogeſ oblitum noſtrę
amicitię habere rationem noſtrę dignitatiſ
nemo unq̃ tenuiſſima ſuſpicione me perſtri
xit quem non peruerterim Sed mihi hoc cre
daſ uelim non hiſ libentiſſime ſoleo reſpon
dere quoſ uideor mihi facillime poſſe ſupe
rare tu quoniam minime ignoraſ conſue
tudinem dicendi meam noli hac noua leni
tate abuti mea, noli aculeoſ orationiſ meę
qui reconditi ſunt excuſſoſ arbitrari. Noli
id putare animo a me ẽẽ commiſſum, ſi q̃d
eſt tibi remiſſum atq; conceſſum cum ille
uellę apud me excuſationeſ iniurie tuę
iratuſ animuſ tuuſ etaſ amicitia noſtra tũ
nondum ſtatuto te uirum ſatiſ habere ut
tecum luctari & congredi debeam q; ſi oẽs
uſu atq; etate robuſtior eſſem idem qui ſileo
cum ſum laceſſituſ. Nunc tecum ſic agam
ut tuliſſe potiuſ iniuriam q̃ retuliſſe grati
am uidear neq; uero quid mihi iraſcariſ in-

telligere poſſum ſi eum defendo quē accuſeſ
cum tibi q̄q̄ ipſi non ſuccenſeo quem accuſeſ
eum quem defendo inimicum inquiſ accu-
ſo meum & amicum ego defendo meum nō
debeſ tamen quemq̄ in coniurationiſ queſti-
one defendere imo nemo magiſ eum de quo
nihil eſt ſuſpicatuſ q̄ iſ qui de aliiſ multa co-
gitauit. Cur dixiſti teſtimonium in alioſ q̄a
coactuſ cur damnati ſunt quia creditum
eſt regnum eſt dicere in quem uelis ac defē-
dere quem uelis ac ſi conſiderare ceperiſ i
utrum mihi magiſ hoc neceſſe fuerit facere
an tibi intelligeſ honeſtiuſ te inimicitiarū
modum ſtatuere potuiſſe q̄ me humanita-
tiſ. An uero cum honoſ agebatur ampliſſi-
muſ familię ueſtre hoc eſt conſulatuſ pa-
rentiſ tui ſapientiſſimuſ uir familiariſſimoſ
ſuiſ non ſuccenſuit pater tuuſ cum Sillam
& defenderent & laudarent. Intelligebat
hanc a maioribuſ nobiſ ēē traditam diſci-

plinam ut nulliuſ amicitia ad propulſanda
pericula impediremur & huic iuditio lon-
ge diſſimiliſ illa conceptio tum afflicto. P.
Silla conſulatuſ uobiſ patiebatur ſed certi
partuſ eſt honoriſ erat certamen ereptum
repetere uoſ clamabatiſ uicti in campo in
ferro uinceretiſ tum qui contra uoſ pro hu-
iuſ ſalute pugnabant amiciſſimi uiri qui-
buſ non iraſcebamini conſulatum eripiebãt
honori noſtro repugnabant & id inuio-
lata ueſtra amicitia integro offitio ueteri
exemplo atq; inſtituto optimi cuiuſq; facie-
bant. Ego uero quibuſ ornamentiſ tuiſ ad-
uerſor aut cui dignitati ueſtrę repugno.
Quid eſt iam adhuc quod expectaſ honor
ad patrem inſignia honoriſ ad te delata ſt
tum ornatuſ erumniſ ueniſ ad eum lace-
randum quem interemiſti defendam & ira-
ſcariſ & ego autem non modo tibi non ira-
ſcor ſed neq; reprehendo quidem factum tu-

tuum te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe quid fa
ciendum putareſ & ſatiſ idoneum efficiaſ iu
dicem At accuſat Cornelii filiuſ idē
q; ualere deb& ac ſi pater iudicar&/o patrem
Cornelium ſapientem. qui quod premii eſſe
ſol& in iudicem relinquerit quod turpitudi
niſ eſt confeſſione id per accuſationem filii
ſuſcepit. Sed quid eſt tandem quod iudicat
per iſtum puerum Cornelliuſ ſi eſt cauſa
mihi ignota cum Hortenſio communicata
reſpond& Hortenſiuſ ſin ut aiſ illum com
municatum Antonii & Catiline cum in cā
po conſularibuſ commiciiſ quę a me habita
ſunt cedem facere uoluerunt Antronium tū
in campo uidimuſ & quid dixi uidiſſe uoſ iu
di. Voſ enim iudiceſ nihil laborabatiſ neq; ſu
ſpicabamini Ego tectuſ preſidio firmo amico
rum Catilinę tunc & Antronii copiaſ & cona
tum repreſſi. Num quiſ eſt igitur qui tum
dicat in campum aſpiraſſe Sillam at qui ſi

tum Catilina ſocietate ſceleriſ coniunxerat cur ab
eo diſcedebat. Cur Antronio non erat, cur in pa-
ri cauſa non paria ſigna criminiſ reperiunt.
S ed quoniam Corneliuſ ipſe & nunc de iu-
dicando dubitat ut dicitiſ informat ad hoc
umbratum iuditium filii. Quid tandem de
illa nocte dicit cum inter falcarioſ ad .A. Lo-
cam nocteq; conſecuta eſt poſterum diem. nō
non me conſulem Catiline denunciatione
conuenit que uox omnium temporum cō-
iurationiſ acerrima fuit atq; acerbiſſima. Cū
Catilinę dieſ exeundi tum ceteriſ manendi cō-
ditio tum deſcriptio totam per urbem cediſ
atq; incendiorum conſtituta eſt. Tunc tuus
pater Cornelii id quod tandem aliquando
confitetur illam ſibi offitioſam prouinciam
depopoſcit ut cum prima luce conſulem ſalu-
tatum ueniret intromiſſuſ meo more & iure
amicitię mee in meo lecto trucidaret hoc tem-
pore cum arderet acerrime coniuratio cum

Catelina egrederetur ad exercitum Lentu-
luſ in urbe relinqueretur Caſſiuſ incendiiſ
Ceteuſ cedi preponeretur Antronio ut oc-
cuparet etruriam preſcriberetur ubi fuit
Silla Cornelli num romę imo longe ab-
fuit non in hiſ legionibuſ quo ſe Catelina
inferebat multo et longiuſ non in agro ra-
meti piceno gallico quaſ oraſ maxime
quaſi morbus quidam furoriſ illiuſ per-
uaſerat. Nihil uero minuſ fuit et ut an-
tea dixi neapoli fuit in ea parte italię q̄
maxime ea ſuſpitione caruit. Quid ergo
iudicat aut affert aut ipſe Corneliuſ aut
uoſ qui hec mandata defertiſ gladiatoreſ
emptoſ ēē fauſti ſimulatione ad cedem
ac tumultum ita prorſuſ interpoſiti ſunt
gladiatoreſ quoſ teſtamento patriſ debe-
ri debemuſ arrepta eſt a familia fauſti-
uſ munuſ prebere utinam quidem hęc
iſta non modo inimicorum inuidia exci

equorum expectationi ſatiſfacere poſſ& p̃-
paratum uehementem cum longe tempuſ
muneriſ ab eẽẽ quaſi uero tempuſ dandi
muneriſ non ualde propinquar& nec opi
nante fauſto cum iſ neq; ſcir& neq; uell&
familia eſt comparata. At litterę ſunt fauſ-
ti per quaſ ille precipuſ a P. Silla petit ut e-
mat gladiatoreſ & ut hoſ ipſoſ emat; neq;
ſolum ad Sillam miſſe ſed ad L. Cęſarem
Q. Pompeium. C. Memium quorum de ſen-
tentia tota reſ geſta eſt. Quod profert nihil
ad rem pertin& ſed tamen munere ſeruli
obtulit; obtulit ſe ad ferramenta proſpitiẽ-
da preſuit; non unq̃ eaq; reſ per bellum fa-
uſti libertum omni tempore adminiſtra-
ta eſt. At enim Cittuſ iſte ob hoc ad ulteri-
orem hiſpaniam miſſuſ ut eam prouinci-
am perturbar& Sittiuſ iudiceſ L. Iulio. C.
figulo conſulibuſ profectuſ eſt aliquanto
ante furorem Catiline & huiuſ ſuſpitiõem

coniurationiſ deinde eſt profectuſ non tum pri-
mum ſed cum iiſdem locis aliquanto ante ea-
dem de cauſa aliquot annoſ fuiſſet hac profe
ctuſ eſt non modo ob cauſam ſed et neceſſa-
riam cauſam magnę ratione cum maurita
nię rege contractu tum autem illo profecto Sil
la procurante eiuſ rem et dicente plurimiſ et
pulcherrimiſ. P. Cincii preſidiiſ uenditiſ eſ alie
num eiuſdem diſſolutiſti ut quę ea ceteros
ad facinuſ cupiditaſ impulit retinendę poſ-
ſeſſioniſ ea Cincio non fuerit preſidiuſ dimi-
nutiſ. Iam illud uero quam incredibile quam abſur-
dum qui romę cedem facere qui hanc urbem
inflammare uellet confamiliariſſimum ſu
um dimittere a ſe et mandare in ultimas
terraſ uirum quo faciliuſ romę ea que co
nabatur efficeret ſi in hiſpania turbatum
eſſet. At ipſa per ſe ſine ulla coniunctione age
bantur an in tantiſ rebuſ tam nouiſ conſiliiſ
tam periculoſiſ tam turbulentiſ hominem -

amantiſſimum ſui familiariſſimum coniū-
ctiſſimum officiis uſu conſuetudine dimit
tendum ēē arbitraretur. Veriſimile non eſt
ut quem in ſecundis rebus quem in ocio ſe
cum ſemper habuiſſet hic in aduerſis et eo
tumultu quem ipſe comparabat a ſe dimit-
teret. Ipſe autem Cincius non enim deſerē-
da eſt mihi cauſa amici ueteris atque hoſpi
tis. Is homo eſt haud ea familia ac diſcipli-
na ut hoc credi poſſit cum bellum r. p. face-
re uoluiſſet ut cuius pr̄. cum ceteri deficerēt
finitimi ac uicini in rem. p. noſtram extite-
rit officio et fide. is ſibi nefarium bellum cō-
tra patriam ſuſcipiendum putaret cuius
es alienum uidemus iudices non libidine
ſed negocii gerendi ſtudio ēē contractum:
Qui ita romę debuit ut in prouinciis et regnis
maximę ei pecunię deberentur quas cum pe
teret non commiſit ut ſui procuratores quicq̄
honoris abſente ſe ſuſtinerent. venire omēs

ſuaſ poſſeſſioneſ & patrimonio ſuo ornatiſ-
ſimo ſpoliare maluit q̃ ullam memoriam
fieri creditorum ſuorum. a quo quidem ge-
nere iudiceſ ego nunq̃ continui cum in il-
la · r · p · tempeſtate uerſarer · Illud erat ge-
nuſ hominum horribile & pertimeſcen-
dum · qui tanto amore ſuaſ poſſeſſioneſ
amplexi tenebant ut ab iiſ membra diu-
elli citiuſ & diſtrahi poſſe diceres Cirtius
nunq̃ ſibi cognationem cum prediiſ eſſe
ſuiſ exiſtimauit · Itaq; ſe non modo & ſuſ-
pitione tanti ſceleriſ uerum &̃ ex omni ho-
minum ſermone non armiſ ſed patrĩo-
nio ſuo uindicauit · Iam uero quod obii-
cit Pompeianoſ a Sulla ẽẽ impulſoſ ut ad
iſtam coniurationem & ad hoc nefarium
facinuſ accederent · Id cuiuſmodi ſit intel-
ligere non poſſum an tibi pompeiani cõ-
iuraſſe uidentur · Quiſ unq̃ dixit aut q̃
fuit iſtiuſ rei uel minima ſuſpitio diſſẽ-

xit inq̃ eoſ a coloniſ ut diſſidio ac diſſenſione fa-
cta oppidum in ſua poteſtate poſſ& & pompe
ianoſ habere. Primum omniſ pompeianorꝝ
colonorumq; diſſenſio delata ad patronos ẽ
cum iniuctera ſo& & multoſ annoſ eẽ& exco-
gitata. Deinde iſta a patrimoniiſ reſ cognita
eſt ut nulla in re a ceterorum ſententiiſ Silla
diſſenſerit. Poſtremo coloni ipſi ſic intelligũt
non pompeianoſ a Silla q̃ ſe ſe magiſ eſſe de-
fenſoſ. Atq; hoc iudiceſ ex hac frequentia co-
lonorum honeſtiſſimorum hominum intel-
ligere poteſtiſ qui abſunt laborant hunc pa-
tronum defenſorem cuſtodem illiuſ coloniȩ
ſic in omni forma atq; omni honore incolu-
mem habere non potuerunt in hoc tamen
tempore quo afflictuſ iac& per uoſ tueri cõ-
ſeruariq; cupiunt adſunt pari ſtudio pom-
peiani qui ab illiſ &̃ in crimine uocantur. i.
Qui ita de ambitione & ſuffragiiſ ſuiſ cũ co-
loniſ diſſenſerit ut iiſdem de communi ſa-

lute ſentirent ac ne hac quidem .P. Sille mihi
ſilentio pretereunda ee̅ uirtuſ. Quod cum ob
hec illa colonia deducta ſit & cum commoda
colonorum a fortuniſ pompeianorum .r.p.
diuiſerit ita charuſ utriſq; eſt atq; iocunduſ
ut non alteroſ demouiſſe ſed utroſq; conſtitu
iſſe uideatur. At enim gladiatoreſ & iſta o̅i̅s̅
uiſ rogationiſ cecilię cauſa Atq; hoc
in loco in .L. Cecilium prudentiſſimum atq;
honeſtiſſimum uehementer inuectuſ eſt cu
iuſ ego de uirtute & conſtantia iudiceſ tantu̅
dico talem hunc in iſta rogatione quam pro
mulgarat non de tollenda ſed de leuanda
calamitate fratriſ ſui fuiſſe uoluerit fieri
cum .r.p. pugnare uoluerit promulgare & i̅
pulſuſ amor fraterno deſiit fratriſ auctori
tate deductuſ atq; in ea .r.p. .L. Cecilium Sil
la accuſat. In qua re eſt uterq; laudandus.
P rimum Ceciliuſ quid promulgare in quo
reſ iudicataſ uidebatur uoluiſſe reſcindere

ut ſtatueretur Silla reprehendit. Satiſ r. p. ma-
xime rebuſ iudicatiſ continetur. Neq; ego tan-
tum fraterno amori dandam arbitror ut q̄ſq;
de ſalute ſuorum conſulat communem reli-
quat. Nihil iudicii ferebat ſed pena ambitꝰ
eum ferebat que fuerat nuper ſuperioribuſ le-
gibuſ conſtituta. Itaq; hac rogatione non iu-
dicii ſententiam ſed legiſ metum corrigebat.
Nemo iuditium reprehendit cum pena que-
queritur ſed legem. Nam ratio enim iuditi-
um que manebat pena legiſ que leuabatur.
noli igitur animoſ eorum ordinum qui p̄-
ſunt iudiciiſ ſumma cum grauitate alienā-
re a cauſa nemo labefactare iuditium eſt co-
natuſ nihil eſt huiuſmodi promulgatum.
Semper Cecilius in calamitate fratriſ ſui iu-
ditium poteſtatem perpetuandam legiſ a-
cerbitatem mitigandam putauit. Sed quid
ego de hoc plura diſputem dicerem fortaſſe
& libenter dicerem ſi paulo & longiuſ q̄ ſi-

niſ cottidiane offici poſtulat pietaſ & frater-
nuſ amor. L. Cecilium protuliſſe. Implora-
rem ſenſuſ ueſtroſ uniuſcuiuſq; indulgē-
tiam in ſuoſ teſtarer. Peterem ex toto ueni-
am. L. Cecilii ex intimiſ cogitationibuſ ueſtriſ
atq; ex humanitate communi lex dieſ fuit
propoſita paucoſ fieri cepta nunq̄ eſt poſi-
ta in ſenatu. R. Lucuuſ cū in capitolium nos
ſenatum conuocaſſemuſ nihil eſt actum priuſ
& id mandato Sillę. Q. Metelluſ pater tempo-
re. L. Cetilliuſ multa de re. p. egit agrarię
legi que tota a me reprehenſa & abiecta eſt
interceſſorem fore perpeſſuſ eſt improbis
largitionibuſ reſtitit ſenatuſ auctoritatem
nunq̄ impediuit ita ſe geſſit in tribunatu ut
honore depoſito domeſtici officii nihil po-
ſtea niſi de r. p. commodiſ cogitarit Atq; ī
ipſa rogatione ne per uim quid ageretur
Quiſ tamen ueſtrum Sillam uel Cecilium
uerebatur non omniſ terror omniſ ſeditio-

niſ timor atq; opinio ex Antronii improbitate impendebat. cuiuſ uoceſ cuiuſ minę ferebantur cuiuſ aſpectuſ conuerſatio ſtipatio gregeſ hominum perditorum metum nobiſ ſeditioneſq; afferebant. Itaq; P. Silla hoc importuniſſimo tum honoriſ tum & calamitatiſ ſocio atq; comite & fortunaſ ſecundaſ amittere coactuſ eſt & in aduerſiſ ſine remedio ullo atq; alleuiamento permanē hic tu epiſtolam meam ſepe recitaſ quam ego ad Gn. Pom. & meiſ rebuſ geſtiſ & de ſūma r. p. miſi & ex ea crimen aliquod in P. Sillam queriſ & ſi furorem incredibilem biennio ante conceptum erupiſſem in meo conſulatu   me hoc demonſtrare diciſ Sillam in illa coniuratione fuiſſe superiore ſilicex iſ ſum qui exiſtimem Gn. Pom. & Catilinam & Narguntetum & Antoniū nihil ſceleratum nihil audacter ipſoſ per ſeſe ſine P. Silla facere potuiſſe. De quo

ſiquiſ & dubitaſſet antea non id quod tu ar-
guiſ cogitaſſet interfecto patre tuo conſule
Kl. Ianuar̃ cum lictoribuſ ſubſtuliſti. Hanc
ſuſpitionem cum dixiſti hunc ut Catilinã
conſulem efficeret contra patrem tuum ope
raſ & manum comparaſſe. Quod ſi tibi ego
confiteor tu mihi concedaſ neceſſe eſt hũc
cum Catiline ſuffragaretur nihil de ſuo cõ
ſulatu quem iudicio per uim recuperando
cogitauiſſe. Neq; enim iſtorum facinoſoꝝ
tantorum tam atrocium crimen iudices
P. Sille perſona ſuſcepit/ iam enim faciam
criminibuſ omnibuſ diſſolutiſ fere contra
atq; in ceteriſ fieri ſolet ut nunc deniq; de
uita hominiſ ac de moribuſ dicam. Etenĩ
principio ſtuduit animuſ occurrere crimi
nibuſ omnibuſ diſſolutiſ ſatiſfacere hoĩum
de me aliquid de ipſo qui accuſatuſ erat di
cere. Nunc iam reuocandi eſtiſ eo q̃ uoſ ip
ſa cauſa & tacent me animiſ omnibuſ iudi-

ceſ ſi uobuſ

ceſ in rebuſ que grauioreſ maioreſ ſunt quiſq;
uoluerit cogitarit admiſerit non ex crimine
ſed ex moribuſ eiuſ qui arguitur eſt ponde-
randum neq; enim poteſt ueſtrum ſubito
fingi neq; repente cuiuſq̄ uita mutari aut
natura conuerti. Circumſpice paulıſper mē-
tibuſ noſtriſ ut alia omittamuſ hoſce ipſos
homineſ qui huic affineſ ſceleri fuerunt. Ca-
tilina contra r. p. coniurauit cuiuſ aures
unq̄ hec reſpuerunt conatum ēē hominē
a pueritia non ſolum intemperantia & ſce-
lere ſed & conſuetudine & ſtudio ex omni
flagitio & ſtupro cede uerſatum. Quiſ eum
contra patriam pugnantem periſſe mira-
tur quem ſemper omneſ ad ciuile latroci-
nium natum putauerunt. Quiſ Lentuli
ſocietateſ cum iudicibuſ quiſ inſaniam li-
bidinum. Quiſ peruerſam atq; impiam re-
ligionem recordatur qui illum aut nepha-
rię aut ſtulte cogitaſſe miretur. Quiſ de C.

cethego atq; eiuſ in hiſpaniam profectio-
ne ac de uulnere. Q. Metelli pii cogitat cu-
iuſ non ad illiuſ penam carcer edificatuſ
ēē uideatur. Omitto ceteroſ ne ſit in infi-
nitum tantum a uobiſ peto ut taciti de
omnibuſ quoſ coniuraſſe cognitum eſt
cogitetiſ. Intelligitiſ unum quemq; eoꝝ
priuſ a ſua uita q̃ a noſtra ſuſpitione ēē
damnatum ipſum enim Antonium.
quoniam eiuſ finitimum maxime eſt hu-
iuſ periculo & crimini non ſua hac uita
conuincit ſemper audax petulanſ libidi-
noſuſ quem in ſtuprorum defenſionibuſ
non ſolum uerbiſ uti improbiſſimiſ ſoli-
tum ēē ſcimuſ uerum & pugniſ & calci-
buſ. Quem exturbare homineſ e poſſeſſio-
nibuſ cedem facere uicanorum ſpoliare
fana ſociorum ui conatum. & armiſ diſ-
turbare iuditia in boniſ rebuſ omneſ cō-
temnere in maliſ pugnare contra bonoſ

non·r·p·cedere non fortunę ipſi ſuccumbere·
Huiuſ ſi cauſa non manifeſtiſſimiſ rebuſ te-
neretur tum cum moreſ ipſiuſ ac uita uin-
cerex agendum conferte· Nunc cum illiuſ
illiuſ uita·P·Sillę uobiſ·p·q;·ro·iudiceſ &cā
ante oculoſ ueſtroſ proponite & quod hu-
iuſ factum aut commiſſum non dicam
audatiuſ ſed cuiq; paulo minuſ conſide-
ratum uideretur factum offendi·At uero
inilla graui·L·Sillę uictoria turbulenta
q̃ multi ſunt ſummi homineſ
& ornatiſſimi & noſtri & equeſtriſ ordiīſ
quorum pro ſalute ſe hic obligauit quoſ
ego nominare neq; enim ipſi uolunt &
huic animo gratiſſimo adſunt·Sed quia
maiuſ eſt benefitium q̃ poſſe debet cuiuis
cui dare ideo auobiſ peto ut quod potu-
it tempori tribuatiſ quod fecit ipſi·Quid
reliquam conſtantiam uitę commemoē;
dignitatem liberalitatem moderationem

in priuatiſ rebuſ ſplendorem in publiciſ quę ita a fortuna deformata ſunt & tamen a natura incohata compareant. Que domuſ que celebratio cotidiana que familiariſ dignitas que ſtudia amicorum que coq; ordine multitudo hec diu multum & multo labore q̄ſita una eripuit hora. accepit iudiceſ. P. Silla uulnuſ uehemenſ & mortiferum. Verū tamen eiuſmodi ut uideretur huiuſ uita aliquid a natura accipere potuiſſe. honeſtatiſ & dignitatiſ habuiſſe nimiſ magnam. iudicatuſ eſt cupiditatem quam ſi nemo aliuſ habuit in conſulendo petendo cupidior iudicatuſ eſt hic fuiſſe q̄ ceteri Sin ē in aliiſ non nulliſ fuit iſte conſulatuſ amor fortuna fuit fortaſſe grauior q̄ in ceteriſ.

Poſtea uero quiſ P. Sillam merentem afflictū dimiſſumq; uidit quiſ unq̄. eſt ſuſpicatus hunc magiſ odio q̄ pudore hominum aſpectum lucemq; uitare qui cum multa ha

berę inuitamenta urbiſ conferri propter ſum-
ma ſtudia amicorum que tamen ei ſola in ma
liſ reſtiterunt abfuit ab oculiſ noſtriſ & cum
lege retineretur ipſe ſe exitio penę mulctauit.
I n hoc noſ pudore iudicij & in hac uita tan
to ſceleri locum fuiſſe creditiſ. Aſpicite ipſũ
contuemini hoſ conferte crimen cum uita
uſq; ad hoc tempuſ explicata cum crimine re-
cognoſcite. Mitto rem. p. que ſemper fuit Sil
le cariſſima hoſ ne amicoſ taleſ uiroſ tam cu-
pidoſ ſui per quoſ reſ eiuſ ſecunde quondam
erant ordinate nunc ſubleuantur aduerse
crudeliſſime perire uoluit ut cum Lentu-
lo & Catilina & Cethego fidiſſimam uitam
& miſerrimam tutiſſima morte propoſita de
gerę. Non unq̃ cadit in iſtoſ moreſ non in hũc
pudorem non in hanc uitam nõ in hunc ho-
minem iſta ſuſpitio noua illa quedam im-
manitaſ exorta eſt incredibiliſ fuit ac ſin-
gulariſ furor ex multiſ ab adoleſcentia col

lectiſ perditorum hominum uiciiſ repente
iſta tanta importunitaſ inauditi ſceleriſ ex-
arſit. Nolite iudiceſ arbitrari hominum il-
lum impetum & conatum fuiſſe neq; enī
ulla genſ tam barbara aut īmaniſ unq̄ fuit
in qua non modo tot ſed unuſ tam crudeliſ
hoſtiſ patrię ſit inuentuſ beluę quedam ex
portentiſ īmaneſ ac fere forma hominum
indutę extiterunt. Proſpicite &̃ atq; &̃ iu-
diceſ. Nihil enim eſt quod in hac cauſa dici
poſſit uehementiuſ penituſ introſpicite Ca-
tilinę Antonii Cethegi Lentuli ceterorum
menteſ quaſ uoſ in hiiſ libidineſ quę flagi-
tia quaſ turpitudineſ quantaſ audatiaſ q̄ i-
credibileſ furoreſ quaſ notaſ ſcelerum quę
indicia parricidiorum quantoſ facinorum
aceruoſ reperietiſ ex magniſ & diuturnis
& iam deſperatiſ rei. p. morbiſ iſta repente
uiſ erupit & erecta conualeſcere aliquando
& ſanari ciuitaſ poſſit. Neq; enim eſt quiſq̄

qui arbitraretur illiſ incluſiſ in re· p· peſtibuſ
diutiuſ hec ſtare potuiſſe. Itaq; eoſ non ad-
perfitiendum ſceluſ ſed ad luendaſ. r. p. pe-
naſ furię quedam incitauerunt. In hunc
igitur gregem uoſ nunc P. Sillam iudiceſ ex-
hiſ qui cum hoc uiuunt atq; uixerunt hone-
ſtiſſimorum hominum numero ex hac fa-
milian dignitate impiorum partem atq; i-
paricidarum cedem ac numerum. Vbi ēit
igitur illud fortiſſimum preſidium pu-
doriſ quo in loco nobiſ uita ante acta pro-
derit. Qui ad tempuſ exiſtimationiſ per-
te fructuſ reſeruabitur ſi in extremo diſc̄-
mine ac dimicationiſ fortunę deſerit ſi nō
aderit ſi nihil adiuuabit. Queſtioneſ ſer-
uorum ac tormenta accuſator imitatur
in quibuſ q̄q̄ nihil periculi ſuſpicamur ta-
men illa tormenta gubernat dolor mo-
deratur natura cuiuſq; tum animi tum
corporiſ. Regit flectit libido corrumpit ſp

et informat metuſ ut inter rerum anguſtiaſ
nihil ueritati loci relinquatur. Vita. P. Sillei
torquati ex ea queratur quod non que occul
tex libido non lateaſ facinuſ non quę cru
delitaſ que audatia nihil erroriſ erit in ea
nec obſcuritatiſ iudiceſ ſi a uobiſ uitę per
petue uox ea que grauiſſima debet ēē au
dietur. Nullum hac cauſa teſtem timemuſ
nihil quemq̃ ſcire nihil uidiſſe nihil audiſ
ſe arbitramur. Sed tamen ſi nihil uoſ. P. Sil
le fortuna ſubmouet iudiceſ ueſtra moue
at. Veſtra enim qui cum ſumma elegantia
atq; integritate uixiſtiſ hoc maxime inter
eſt non ex libidine aut ſimultate aut leui
tate teſtium cauſaſ honeſtiſſimorum uiro
num ponderari ſed in magniſ diſquiſitio
nibuſ repentiniſq; periculiſ uitam uniuſ
cuiuſq; ēē teſtem quam uoſ iudiceſ ſuiſ ar
miſ ſpoliatam atq; nudam obicere inuidię
dedere ſuſpitioni inuictę communem ar

cem bonorum obſt   perfugia improborum
ualeat ad penam & ad ſalutem plurimum
quam ſolam uidens ipſam exui ſua natura
que facillime perſpici ſubito flecti fingiq; nõ
poſſe. Quid uero hec auctoritas ſemper enĩ
de ea dicendum eſt q̄ q̄ a me modice timide
q; dicetur. Quid inq̄ hec auctoritas noſtra
qua ceteris coniurationis cauſis abſtinuim⁹
P. Sillam defendimus. Nihil hunc tandem
iuuabit. Graue ſi appetimus aliquid: ſi cũ
ceteri de uobis ſilent non & ipſi me tacem⁹
ſed ſi ledimur ſi accuſamur ſi in inuidia uo-
camur profecto conceditis iudices ut nobis
libertatem retinere liceat ſi minus liceat di-
gnitatem accuſati ſunt uno nomine con-
ſulares ut iam uideatur honoris ampliſſi-
mi nomen plus inuidie q̄ dignitatis affer-
re. Affuerunt quidem inquit Catiline illũ
q; laudarunt nulla tamen patebat nulla
ẽat cognita coniuratio defendebant ami-

cum aderant ſupplicii uitę eiuſ turpitudi-
nem in ſummiſ eiuſ periculiſ non inſe-
quebatur. Quin & parenſ tuuſ Torquate
conſul reo de pecuniiſ repetundiſ Catilinę
fuit aduocatuſ improbo homini ac ſupli-
ci fortaſſe audaci ut aliquando amico e
cui tum affuit poſt delatam ad eum p̄
mam coniurationem illam iudicauit ſe
audiſſe aliquid non credidiſſe/ At idem
non affuit alio in iuditio cum iudicauit
ſe audiſſe/ Aderant ceteri ſed poſtea cogno-
rat ipſe aliquid quod in conſulatu igno-
raſex Ignoſcendum eſt iiſ qui poſtea ni-
hil audierunt. Sin illa reſ prima ualuit
non inueterata q̄ recenſ debuit ēē grauior
ſed tuuſ parenſ & in illa ſuſpitiōe periculi ſui
tamen humanitatiſ adiutuſ aduocationeſ
hominiſ improbiſſimi ſella curruli atq; or-
namentiſ & ſuiſ & conſulatuſ honeſtauit.
Quid eſt q̄ ob rem conſulareſ qui Catilinę af-

fuerunt reprehendantur ac iidem qui an-
te hanc cauſam de coniuratione dixerunt
non affuerunt tanto ſcelere aſtrictiſ homi
nibuſ ſtatuerunt nihil a ſe adiumenti ni-
hil opiſ nihil auxilii ferri oportere. Atq; ut
de eorum conſtantia atq; animo in re. p.
dicam quorum tacita grauitaſ & fideſ de
unoquoq; loquitur neq; cuiuſquam ornamenta ora-
tioniſ deſiderat. Poteſt quiſquam dicere unquam me-
lioreſ fortioreſ conſtantioreſ conſulatoreſ fu-
iſſe quam hiſ temporibuſ & periculiſ pene oppreſ-
ſa eſt r. p. Quiſ non de communi ſalute aper-
tiſſime quiſ non fortiſſime quiſ non conſtan-
& iuſtiſſimuſ iudex maximarum ſocietatū
auctor plurimarum magiſter ſi non modo in
eo nihil unq̄ reprehenſum ſed laudata ſūt
omnia tamen hiſ oberit honeſtiſſimo filio q̄
uel minuſ honeſtum & alienum tueri uel
auctoritate ſua uel gratia poſſit. Aſperiuſ
inquit locutuſ eſt aliquid aliquando im-
mo fortaſſe liberiuſ ad ipſum inquit non ē
ferendum. Ergo hi ferendi ſunt qui querū-
tur liberalitatem equitiſ ro. ſe ferre non poſ-
ſe. Ubi nam ille moſ ubi illa equitaſ iuriſ i
ubi illa antiqua libertaſ que maliſ oppreſ-

ſa ciuilibuſ extollere iam caput & quandoq; re
creata ſe erigere debeat. Equitum ergo ro. in hoī
neſ nobiliſſimoſ maledicta publicanorum in.
. Q. Sceuolam uirum omnibuſ ingenio iuſtitia
integritate preſtantem aſpere & ferociter &
libere dicta commemorem. conſuli. P. Naſice
preco grauiuſ medio in foro cum ille edicto
iuſtitio domum diſcedenſ rogaſſet grauium
quid triſtiſ eēt an quod auctioneſ eſſent im
mo uero inquit quod legioneſ. Idem .tR. PL.
potentiſſimo homini .M. Druſo ſed multa in
rem. p. molienti cum ille eum ſalutaſſet ut
fit dixiſſetq; . Quid agiſ Grani reſpondit īmo
uero tu Druſe quid agiſ. Ille Craſſi ille .M.
Antonii uoluntatem aſperioribuſ facetiſ ſe
pe perſtrinxit impune. Nunc uſq; eo oppreſſa
noſtra arrogantia ciuitaſ ut que fuit olim
preconii irridendo nunc equiti. ro. implorā
do non ſit conceſſa libertaſ. Que enim unq̄ fu
it Plautio uox contumelię potiuſq̄ doloris

Quid eſt autem unq̃ queſtuſ niſi cum a ſociiſ ex
a ſe iniuriam propulſaret cum ſenatuſ impedi
retur quo minuſ id quod hoſtibuſ ſemper erat
tributum reſponſum equitibuſ ro. redderet.
omnibuſ illa iniuria dolori publicaniſ fuit.
ſed cum ipſum dolorem hic tulit paulo aper
tiuſ. Cum minuſ ille ſenſuſ maluſ fortaſſe
latuit quod cum ceteriſ animo ſentiebat id ma
giſ q̃ ceteri et uultu promptum habuit et lin-
gua. Quãq̃ iudiceſ agnoſco enim ex me permul-
ta in Plancium que ab eo nunq̃ dicta ſunt cõ
feruntur. Ego quia aliquid dico aliquando nõ
ſtudio adductuſ ſed contentione dicendi aut
laceſſendi. Et quia ut fit in multiſ exit aliquã-
do aliquid ſi non perfacetum attamen fortaſ-
ſe non ruſticum quod quiſq̃ dixit id me dixiſ-
ſe dicunt. Ego autem ſi quod eſt quod mihi ſci
tum ẽẽ uideatur et homine ingenuo dignũ
atq; docto non aſpernor. Stomacor uero cum
aliorum non me digna in me conferuntur.

Nam quod primuſ ſciuit legem de publica-
niſ tamen cum uir ampliſſimuſ conſul id
illi ordini per populum dedit quod per ſena-
tum ſi licuiſſ& dediſſ& ſi in eo crimen eſt qđ
ſuffragium tulit. Quiſ non tulit publicaīs
ſi quia primum ſciuit. Vtrum id ſortiſ ēē uiſ
an eiuſ qui illam legem ferebat ſi ſortiſ nulliū
crimen eſt in caſu ſi conſuliſ ſplendor etiam
Plancii. Nunc a ſummo uiro principem or-
diniſ iudicatum. Sed aliquando ueniam'
ad cauſam in qua tu nomine legiſ licinii
quę eſt de ſodalitiiſ omneſ ambituſ leges
complexuſ eſ. Neq; enim quicq̄ aliud in
hac lege niſi editicioſ iudiceſ eſ ſecutuſ qđ
genus iuditiorum ſi eſt equum nulla in-
re niſi hac tributaria non intelligo. Quā
obrem ſenatuſ hoc uno in genere tribuſ edi
ab accuſatore uoluerit. Neq; eandem editio
nem tranſtulerit in ceteraſ cauſaſ ipſo deni
q; ambitu de reiectione fieri uoluerit iudi

ditiorum alternorum cumq; nulliuſ generiſ ı
acerbitatiſ pretermitteret hoc tamen unum
pretereundum putauit. Quid huiuſ rei
obſcura cauſa eſt an ẽ agitata cum iſta in-
ſenatu reſ agebatur & diſputata heſterno ı
die copioſiuſ a. Q. Hortenſio tamen cui est
ſenatuſ aſſenſuſ. Hoc igitur ſenſimuſ cuiuſ
cumq; tribuſ largitor eēt. & per conſenſiõez
magiſtratuum honeſteq; ſodalitatiſ nomi-
naretur quam quiſ tribum q; largitione o
corrumperet cum maxime hiſ hominibus
qui eiuſ tribuſ eſſent notum eēe. Ita putauit
ſenatuſ cum reo tribuſ ederentur hec quas
iſ largitione deuinctaſ haberet eoſdem fore
teſteſ & iudiceſ acerbum omnino genuſ iu-
dicii ſed tamen ſi ſua uel ea que maxime
eēt cuiq; coniuncta tribuſ ederetur uix recu-
ſandum. Tu autem laterenſiſ quaſ tribus
edidiſti: terentianam credo. Fuit certe id eq-
uum & certe expectatum eſt & fuit digniſ

conſtantia tua cuiuſ tu tribuſ uenditorem &
corruptorem & ſequeſtrem Plantium fuiſſe cla-
mitaſ eam tribum profecto ſeueriſſimorum pre
ſertim hominum & grauiſſimorum edere debu
iſti At uoliciniam lib& enim tibi neſcio quid
& de illa tribu criminari hanc igitur ipſam cur
non ediſtiſti. Quid Plantio cum lemonia cum
vehientina. Quid cum Cruſtumina. Nam treſ
& que non iudicarent ſed que reiicerentur ẽẽ
uoluiſti. Dubitatiſ igitur iudiceſ quin uoſ M.
Laterenſiſ ſuo iuditio non ad ſententiam legiſ
ſed ad ſuam ſpem aliquam de ciuitate delege
rit dubitatiſ quin ea tribuſ in quibuſ magnaſ
neceſſitudines hab&. Plantiuſ cum ille non
ediderit iudicarit officiiſ ab hoſ obſeruataſ nõ
largitione. Quidni etiam poteſt dicere cum
iſta editio non ſummam hab& acerbitatem
remota ratione illa quam in decernendo ſe
cuti ſumuſ. Tu deligaſ ex omni populo ami
coſ tuoſ aut inimicoſ meoſ aut deniq; eoſ quoſ

inexorabileſ quoſ inhumanoſ quoſ crudeleſ ex
iſtimeſ. Tu me ignaro nec opinante inſicco no-
teſ & tuoſ uel tuorum neceſſarioſ uel iniq-
uoſ uel meoſ uel & defenſorum meorum. eo-
dem adiungaſ quoſ natura puteſ aſperoſ at-
q; omnibuſ iniquoſ deinde effundaſ repẽte
ut ante conſeſſum eorum iudicum uideã
q̃ potuerim qui eſſent futuri ſuſpicari apd
eoſq; me ne quinq; quidem deiectiſ quod in
proximo reo de conſiliuſ ſententia conſtitũ
eſt. cogaſ cauſam de fortuniſ omnibuſ dicẽ.
N on enim ſi aut Plantiuſ ita dixerit ut offen
deret ſciens neminem aut tu ita errasti ut
eoſ ederes imprudenſ ut noſ inuito te tam
ad iudiceſ non ad carnificeſ ueniremuſ: id
circo iſta editio per ſe non acerba eſt. An ũ
nuper clariſſimi ciues nomen editi iudicis
non tulerunt cum ex centum xv. iudicibus
principibuſ equeſtriſ ordiniſ ut · Lxx · reoſ rei
iceret · L referret omniaq; potiuſ permiſcuerũt

q̄ ei legi conditioniq; parerent. Noſ neq; ex de
lectis iudicibuſ ſed ex omni populo neq; edi
toſ ad reiciendum. Sed ab accuſatore con
ſtitutoſ iudiceſ ita feremuſ ut neminem rei
iciamuſ. Neq; ego nunc legiſ iniquitatem :
queror; ſed factum tuum a ſententententia le
giſ doceo diſcrepare & illud acerbum iuditi-
um ſi quemadmodum ſenator cenſuit popu
luſq; iuſſit ita feciſſeſ ut hunc & ſuam & ab
hoc ſeruataſ ederent non modo non quererer
ſed hunc iudicibuſ editiſ qui teſteſ idem
eē poſſent abſolutum putarem neq; nunc
multo ſecuſ exiſtimo. Cum enim has tribuſ
edidiſti ignotiſ te iudicibuſ uti malle q̄ i
notiſ indicaſti fugiſti ſententiam equitate
omnem reiecisti in tenebriſ q̄ in luce cauſā
uerſari maluiſti. Volitinia tribuſ ab hoc cor-
rupta Terrentinam habuerat uenalem. Q
uid diceres apud uoltinenſeſ aut tribules
ſuoſ iudiceſ immo uero tu quid diceres i

quem iudicesn̄ iudicem ex illis aut tacitum
testem habenſ aut uero etiam excitareſ. Iteꝫ
ſi reuſ tribuſ ederet. Voltiniam fortaſſe Plā
tiuſ propter uicinitatem ac neceſſitudinem
ſuam uero edidiſſet. Et ſi queſtor edenduſ
eēt quem tandem potiuſ q̄ .C. Alpheum. quē
habet cui notiſſimuſ eē debet uicinum tribu
lem grauiſſimum hominem iuſtiſſimumq;
edidiſſet cuiuſ quidem equitaſ et mea ſimil
uoluntaſ erga. CN. Plantii ſalutem quam
ille ſine ulla cupiditatiſ ſuſpitione pre ſe fert
facile declarat non fuiſſe fugiendum. Tri
bulem huic iudicem cui queſtorem tribu-
lem exoptandum fuiſſe uideatiſ neq; ego
nunc conſilium reprehendo tuum quod
non eaſ tribuſ quibuſ hic maxime notus
erat edideriſ ſed a te doceo conſilium non
+ ſeruatuſn̄ ſenatuſ. Etenim quiſ te tum au-
diret illorum aut quid diceres ſequeſtrem
ne Plantium reſpuerent aureſ nemo agnoſ-

certe. repudiaretur an gratioſum illi libenter-
audirent noſ non timide confiteremur. Noli
enim putare laterenſiſ legibuſ iſtiſ quaſ ſena-
tuſ de ambitu ſanare uoluerit id ēē actum ut
ſuffragatio & obſeruantia ut gratia tolleret̃.
Semper fuerunt boni uiri qui apud tribules
ſuoſ gratioſi ēē uellent. Neq; uero tam durus
in plebem noſter ordo fuit ut eam noſtra co
li admodo libertate noluerit neq; hoc liberis
noſtriſ interdicendum eſt ne obſeruent tri-
buleſ ſuoſ ne diligant ne reficere neceſſarius
ſuiſ ſuam tribum poſſint ne par ab hiſ mu-
nuſ in ſua petitione ſpectent. Hec enim ple
na ſunt officii plena obſeruantię plena an
tiquitatiſ hoc in genere fuimuſ ipſi cum am
bitioniſ noſtra tempora poſtulabant ut cla
riſſimoſ uiroſ ēē uidimuſ & hodię ēē uolum̃
q̃ plurimoſ gratioſoſ Decuriatio tribulium-
deſcriptio ciſ populi ſuffragia largitione de
uincta ſeueritatem ſenatuſ & bonorum oīū

um ac dolorem excitarunt hec doce hec pro
fer huc incumbe laterenſiſ decuriaſſe Plan
tium conſcripſiſſe ſequeſtrem fuiſſe & pro
nunciaſſe diuiſiſſe. Tum mirabor te hiſ ar
miſ uti que tibi lex dabat noluiſſe tribuli
buſ enim iudicibuſ non modo ſeueritatem
illorum ſi iſta uera ſunt ſed nē uultuſ qui
dem ferre poſſemuſ hanc tu rationem cū
fugeriſ cumq; hoſ iudiceſ habere nolueriſ q̄
rum in huiuſ delicto cum ſcientia certiſſiā
tamen dolor grauiſſimuſ ēē debuerit. Quid
apud hoſ diceſ qui abſ te taciti requirunt cur
ſibi hoc oneriſ impoſueriſ cur ſe potiſſimum
delegeriſ: cur ſe denique diuinare malueriſ q̄ eoſ
qui ſcirent iudicare. Ego Plancium laterenſiſ
& illum gratioſum ēē dico & habuiſſe in peti
tione multoſ cupidoſ ſui gratioſoſ quoſ tu ſi
ſodaleſ uocaſ offitioſam amicitiam nomine ī
quinaſ criminoſo. Sin quia gratioſi ſunt accu
ſandoſ putaſ. Noli mirari te id quod tua di

gnitaſ poſtularit repudiandiſ gratioſiorũ
beneficiiſ non eſſe aſſecutum. iam ut ego
doceo ēē gratioſum tribu Plantium quod
multiſ benigne fecerit pro multiſ ſpopon-
derit in operaſ plurimaſ patriſ auctorita-
te & gratia miſerit quod deniq; omnibuſ
offitiis per ſe per patrem per maioreſ ſuos
totam archinatem prefecturam comprehẽ-
derit. Sic tu doce ſequeſtrem fuiſſe largitũ
ēē conſcripſiſſe tribuleſ decuriaſſe quod ſi
non poteſ noli tollere ex ordine noſtro libera-
litatem noli maleficium putare ēē gratiã
noli obſeruantiam sancire penam. Itaq; he-
ſitante te in hoc ſodalitiorum tribuario cri-
mine ad communem ambituſ cauſam cõ-
tuliſti. In qua deſinamuſ aliquando ſi ui-
detur uulgari & peruagata declamatione
contendere. ſic enim ago. Quam tibi commo-
dum eſt unam tribum dilige tu doce id qđ
debeſ per quem ſequeſtrem quo diuiſore cor-

rupta ſit. Ego ſi id facere non potueriſ quod
ut opinio mea fert nec incipieſ quidem per
quem tulerit docebo. Eſt ne hec uera contē-
tio placet ne ſic agi non poſſum magis
pedem conferre ut aiunt propiuſ aut ac-
cedere. Quid taceſ? quid diſſimulaſ quid
tergiuerſariſ. Etiam atq; & inſto atq; urgeo
inſector poſco atq; adeo efflagito crimen t-
quancunq; tribuum inquam delegeriſ i.
quam tulerit Plantiuſ tu oſtendito ſi po-
teriſ uitium ego qua ratione tulerit doce-
bo. Nec erit hec alia ratio Plantio ac Laterē-
ſi replicare. Nam in quaſ tribuſ tu tuliſti ſi
iam ex te requiram poſſiſ quorum ſtudio
tuleriſ explicare. Sic ego hoc contendo me
tibi ipſi aduerſario cuiuſcunq; tribuſ ratio-
nem popoſceriſ redditurum. Sed cur ego ſic
ago quaſi non comitiiſ iam ſuperioribus
ſit. Plantiuſ deſignatuſ ediliſ quę comitia
primum habere cepit conſul tum omnibuſ

in rebuſ ſumma conſtantia tum harum ipſarum
legum ambituſ auctor. Deinde habere cepit
ſubito preter opionem hominum omnium
ut ne ſi cogitaſſet quidem quiſpiam largi-
ri daretur ſpatium cōparandi. Vocate tribus
latum ſuffragium deſcripte renunciate lon
ge plurimum ualuit Plantiuſ nulla largi
tioniſ nec fuit nec potuit eē ſuſpitio. an tā
dem una prerogatiua tantum habet auc
toritatiſ ut nemo unq̄ prior tulerit quin i
renunciatuſ ſit aut iiſ ipſiſ comitiiſ conſul au
aut certe in illum annum edilem Plantius
tu eſſe factum miraris in quo non exigua pars
populi ſed uniuerſuſ populuſ uoluntatem
ſuam declarauit cuiuſ in honore non uniuſ
tribuſ parſ ſed comitiiſ tota comitia fuerit
prerogatiua. Quo quidem tempore ſi id La
terenſiſ facere uoluiſſeſ aut ſi grauitatiſ i
putaſſeſ eē tue: quod multi nobileſ ſepe fece-
runt ut cum minuſ ualuiſſet ſuffragiis

q̄ putaſſent

q̄ putaſſent poſtea prolatiſ comitiiſ proſternere
ſe & populo ro· fracto animo atq; humili ſup-
plicarent non dico quin omniſ ad te conuer
ſura fuerit multitudo nunq̄ enim nobilitaſ
integra preſertim atq; innocenſ a populo ro·
ſupplex repudiata fuit· Sed ſi tibi grauitaſ
tua & magnitudo animi pluriſ ſicut ēē de
buit q̄ edilitaſ noliſ cum habeaſ id quod ma
lueriſ deſiderare id quod minoriſ putaſ· Equidē
primum ut honore dignuſ eſſem maxime ſem-
per laboraui· Secundo ut exiſtimarer· Tertiū
mihi illud fuit quod pleriſq; primum eſt ipſe
honoſ qui iſ deniq; debet ēē iocunduſ quo &
dignitati po· ro· teſtimonium non beneficium
ambitioni dedit· Queriſ ēt laterenſiſ quid ima
ginibuſ tuiſ· Quid ornatiſſimo atq; optimo ui
ro patri tuo reſpondeaſ mortuo· Noli illa me
ditari atq; illud caue potiuſ ne tua iſta que
rella doloꝗ; nimiuſ ab illiſ ſapientiſſimiſ uiriſ
reprehendatur· Vidit tamen pater tuuſ Appiū

claudium nobiliſſimum hominem uiuo patre
potentiſſimo & clariſſimo ciue · C · claudio e
dilem non ēē factum & eundem ſine repulſa
factum ēē conſulem · Vidit hominem ſibi ma-
xime coniunctum egregium uirum · L · volca
tium Vidit · M · Piſonem in iſta edilitate offen-
ſiunctula accepta ſummoſ a po · ro · ēē honoreſ
adeptoſ: Auuſ uero tuuſ & · P · Naſice tibi edi
litiam predicaret repulſa quo ciue nemīē
ego ſtatuo in hac re · p · fortiorem & · C · Marii
qui duabuſ edilitatis acceptiſ repulſiſ ſeptieſ
conſul eſt factuſ ut · L · Ceſariſ · CN · octauii · M ·
· Tullii quoſ omneſ ſcimuſ edilitate preteritoſ
conſuleſ ēē factoſ. Sed quid ego edilitias re
pulſaſ colligo que ſepe eiuſmodi habite ſt
ut iſ qui preteriti eēnt benigne a populo
factum uideretur · Tr · militum Philippus · L ·
ſumma nobilitate & eloquentia queſtor · C ·
celiuſ clariſſimuſ ac fortiſſimuſ adoleſcēs
· Tr · pl · Rutiliuſ Rufuſ · C · Fimbria · C · Caſſius · CN ·

Horeſteſ facti non ſunt quoſ tamen omneſ conſu-
leſ factoſ ſcimuſ eē. Que tibi ultro pater & ma-
ioreſ tui non conſolandi tui gratia dicẽt. Neq;
uero quo te liberent aliqua culpa quam tu
uereriſ/ neq; a te ſuſcepta uideatur. Sed ut te
ad curſum iſtum tendum quem a prima e-
tate ſuſcepiſti cohortentur. Nihil eſt enim
mihi crede Laterenſi de te detractum. Dico
ſi me hercle uere quod accidit interpretari
uelis eſt aliquid & de uirtute ſignificatum
tua noli enim exiſtimare non magnum qu-
endam motum fuiſſe illiuſ petitioniſ tuę
de qua ne aliquid iurareſ deſtituiſti. Denun-
ciaſti homo adoleſcenſ quid de ſumma .r.
p. ſentireſ. fortiuſ tuiſ quidem q̃ nonnulli de-
functi honoribuſ ſed apertiuſ q̃ uel ambitio-
niſ uel etatiſ tuę ratio poſtulabat. Quam ob
rem in diſſentiente populo noli putare nul-
loſ fuiſſe quorum animoſ tuiſ ille fortiſ aĩ-
muſ offenderet qui te incautum fortaſſe nũc

tuo loco dimouere potuerunt prouidentem etiã
ante & precauentem nunq̃ certe mouebunt. An
te illa argumenta duxerunt: dubitatiſ inquit
quid ni tercio facta ſit cum tribuſ pleraſq; cum
Plotio tulerit Plantiuſ anima fieri potuerunt.
S ed una tribuſ non tuliſſ& an non nulli pun
ctiſ pete totidem quippe cum iam factiſ prope
ſuperioribuſ comitiiſ declaratiq; ueniſſ&. Q
q̃ ne id quidem ſuſpitionem tortitioniſ ha
buerit neq; enim unq̃ maioreſ noſtri ſortio
nem edidiſſent edilitiam niſi uideretur acci
dere poſſe ut competitoreſ pareſ ſuffragiiſ eſſ&.
E rait prioribuſ comitiiſ amenſem. A. plotiuſ pl
otio Terentinam Plantio tibi ẽẽ conceſſam. Nu
nc ab utroq; eaſ auulſaſ ne in anguſtum ueni
rent q̃. conuenit nondum cognita populi uo
luntate. Hoſ quoſ iam tum coniunctoſ fuiſſe
dicaſ iacturam ſuarum tribuum quo noſ ad
iuuaremur feciſſe eoſdem cum iam eſſent ex
perti quid ualerent reſtrictoſ & tenaceſ fuiſſe

E tenim uerebantur credo anguſtiaſ quaſi reſ in contentionem aut diſcrimen aliquod poſſ&ue nire. Sed tamen an Plotium uirum ornatiſſimum inidem crimen uocandum iudicaſ cũi te arripuiſſe a quo non ſiſ rogatuſ. Nam quid queſtuſ eſ pluref te teſteſ habere de uoltinia q̃ quot in ea tribu puncta tuleris. Iudicaſ aut eoſ teſteſ te adducere qui quia quaſi nummoſ acceperint te preterierint aut te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe. Illud uẽo crimen de nũmiſ quoſ in circo flaminio deprehenſoſ dixiſti caluit re recenti nunc in cã refrixit neq; enim qui illi numini fuerint ñ que tribuſ nec qui diuiſor oſtenderiſ atq; iſ quidem eductuſ ad conſuleſ qui tum in crim̃ uocabatur ſe iniq; a tuiſ iactatum grauiter q̃rebatur qui ſi erat diuiſor preſertim eiuſ que tu habebaſ reum cur abſ te reuſ non factuſ eſt cur non eiuſ damnatione aliquid ab hoc tu dicium preiuditii comparaſti. Sed neq; tu ha

beſ hec neq; tu eiſ confidiſ. Alia te ratio alia co-
gitatio ad ſpem huiuſ opprimendi excitauit.
Magnę ſunt in te opeſ late patet gratia multi ami-
ci multi cupidi tui multi fautoreſ laudiſ tuę
multi huic inuident. Multiſ & pater opti-
muſ uir nimium retinenſ equeſtriſ iuris
& libertatiſ uidetur. Multi etiam communeſ
inimici rerum omnium qui ita ſemper teſ
timonium de ambitu dicunt quaſi aut mo
ueant animoſ ſuiſ teſtimoniiſ aut gratum
.po. ro. ſit aut ab eo faciliuſ ob eam cauſam
dignitatem quam uolunt conſequantur.
Quibuſ cum me iudiceſ pugnante meo priſtīo
more non uidebitiſ non quo mihi faſ ſit
quicq̄ effugere quod ſaluſ Plantii poſtulat.
Sed quia neq; neceſſe eſt id me proſequi uoce
quod uoſ mente uideatiſ & quod ita de me
meriti ſunt illi ipſi quoſ ego teſteſ uideo pa
ratoſ ut eorum reprehenſionem uoſ ueſtrę
prudentię aſſumere mee modeſtie remittere

debeatiſ. Illud unum uoſ magnopere oro atq;
obſecro iudiceſ cum huiuſ quem defendo tũ
communiſ periculi cauſa ne fictiſ auditioni-
buſ ne diſſeminato diſperſoq; ſermoni fortu
naſ innocentium ſubiiciendaſ putetiſ. Mul
ti amici accuſatoriſ non nulli & noſtri ini-
mici. Multi communeſ obtrectatoreſ atq; õnĩ
inuidi multa finxerunt. Nihil enim eſt au-
tem tam uolucre q̃ maledictum nihil faci-
liuſ emittitur nihil citiuſ excipitur nihil
latiuſ diſſipatur. Neq; ego ſi fontem maledi-
cti reperietiſ ut negligatiſ aut diſſimuletis
nunq̃ poſtulabo. Sed ſi quid ſine capite ma-
nabit aut quidem erit huiuſmodi ut non
extet auctor qui audierit aut illa negligẽs
uobiſ ẽẽ uidebitur ut unde audierit oblitũ
ſit aut ita leuem habebit auctorem ut me
moria dignum non putarit. huiuſ illa u
uox uulgariſ audiui/ne quid reo innocẽti
noceat oramuſ. Sed uenio iam ad. L. Caſſi

um familiarem meum cuiuſ ex oratione ne illũ
quidem inuentum tecum expoſtulaui. Quę
ille omni & uirtute & humanitate ornatiſ
adoleſcenſ. Primum de plebe edilem curu
lem factum ēē dixit in quo Caſſi ſi ita tibi re
ſpondeam neſciſſe id po. ro. neq; fuiſſe qui id
nobiſ narraret preſertim mortuo longino nõ
ut opinor admireriſ. Cum ego ipſe non abhor
renſ a ſtudio antiquitatiſ me id ideo ex te pri
mum audiar confitear. Et quoniam tua fuit
perelegans ac perſubtiliſ oratio digna equitiſ
ro. uel ſtudio uel pudore quoniamq; ſic abhiſ
eſ auditus ut magnuſ honos & ingenio &
humanitati tue tribueretur. Reſpondebo ad ea
quę dixiſti q̄ pleraq; de ipſo fine fuerunt inq
buſ ipſi aculei ſi quoſ habuiſti in me reprehē
dendo tamen mihi non ingrati acciderunt.
Queſiſti utrum mihi putarem equitiſ ro. filio
faciliorem fuiſſe ad adipiſcendoſ honoreſ ui
am an futuram ēē filio meo quia ēēt familia

conſulari. Ego uero q̃q̃ illi omnia malo q̃ mihi
tamen illi honorum aditus nunq̃ faciliores op
taui q̃ mihi fuerunt. Quin & ne forte ille ſibi
me potius peperiſſe iam honores q̃ iter demō
ſtraſſe adipiſcendorum put&. hec illi ſoleo pre
precipere q̃q̃ ad precepta etas non eſt grauis
que ille a ioue ortus ſuis precepit filiis. Vigilā
dum eſt ſemper multe inſidie ſunt bonis noſ-
tris ceteraq; non id quod multi uideant que
ſcripſit ingenioſus poeta & grauis non ut illō
regios pueros qui iam nuſq̃ erant. Sed ut nō
& noſtros liberos ad laborem & laudem exci
tar&. Queris quid potuerit amplius aſſequi
Plantius ſi CN. Scipionis filius fuiſſ& magis
edilis fieri non potuiſſ&. Sed hoc preſtare qd̄
minus ei inuideretur. Etenim honorum gra
dus ſummis hominibus & infimis ſunt pares
glorie diſpares. Quis noſtrum ſe dicat M. Curio
Quis CN. Fabritio. Quis P. Dicillio parem. Quis
Attilio Calatino. Quis CN & P. Scipionibus. Quis

Affricano Marcello Maximo eoſdem ſummos
honorum graduſ quoſ illi aſſecuti. Eſt enim
in uirtute multiſ aſcenſuſ ut iſ gloria maxi-
me excellat qui uirtute plurimum preſtat
honorum populi finiſ eſt conſulatuſ quē
magiſtratum iam octingenti fere ſunt cō-
ſecuti horum ſi diligenter queraſ uix decimā
partem reperieſ gloria dignam. Sed nemo tū
q̄ ſic egit ut tu cur iſte ſit conſul. quid potu
it ampliuſ ſi. L. Brutuſ eēēt qui ciuitatem a
dominatu regio liberauit honore nihil am-
pliuſ laude multum. Sic igitur Planciuſ ni-
hilominuſ queſtor eſt factuſ & tribunuſ ple.
& ediliſ q̄ ſi eēēt ſummo loco natuſ ſed hec pa-
ri loco orti ſunt innumerabileſ alij conſecu-
ti. proferſ triumphoſ. T. xx. & C. Marii & que-
riſ quid ſimile in Plancio quaſi uero iſti qu-
oſ connumeraſ propterea magiſtratuſ geſſe-
rint quod triumpharant & non quia com-
miſſi ſunt his magiſtratuſ in quibuſ re bene

geſta triumpharent. Rogaſ que caſtra uiderit
qui & mileſ in creta hoc imperatore & tr. in ma
cedonia militum fuerit & queſtor tantum
ex re militari detraxerit tempuſ quantum ĩ
me cuſtodiendum tranſferre maluerit. Que
riſ num diſertuſ immo id quod ſecundum
eſt ne ſibi quidem uidetur num iuriſconſul
tuſ quaſi quiſq̃ ſit qui ſibi hunc falſum de
iure reſpondiſſe dicat. Omneſ enim iſtiuſmo
di arteſ in hiſ reprehenduntur qui cum pro
feſſi fuerint ſatiſfacere non poſſunt non in hiſ
qui abfuiſſe ab iſtiſ ſtudiiſ confitentur uirtus
probitaſ integritaſ in candidato non lingue
uolubilitaſ non arſ non ſcientia requiri ſo
let ut noſ in mancipiiſ parandiſ q̃uiſ frugi
hominibuſ ſi pro fabro aut pro textore emi
muſ ferre moleſte ſolemuſ ſi eaſ arteſ quas
in emendo ſecuti ſumuſ forte neſciuerit. Sin
autem emerimuſ quem uillicum impone
remuſ quem pecori preficeremuſ nihil in

eo niſi frugalitatem laborem uigilantiam ẽẽ cu
ramuſ. Sic po. ro deligit ad magiſtratuſ. r. p. uil
licoſ. In quibuſ ſi qua preterea eſt arſ facile pa
titur ſin minuſ uirtute eorum & innocentia
contentuſ eſt. Quotuſ enim quiſq; diſertuſ q̃t?
quiſq; iuriſperituſ eſt ut eoſ numereſ qui uo
lunt ẽẽ. Quod ſi propterea honore dignuſ ne
mo quid nam tot optimiſ & ornatiſſimiſ ci
uibuſ eſt futurum iubeſ Plantium de uiciſ
laterenſiſ dicere nihil poteſ niſi eum nimiſ ira
cundum in ſe putabiſ fuiſſe. Idem effert la
terenſem laudibuſ facile patior id te agere
multiſ uerbiſ quod ad iuditium non perti
neat & id te accuſantem tam diu dicere qd
ego defenſor ſine periculo poſſim confiteri.
Atq; non modo confiteor ſumma in laterenſe
ornamenta ẽẽ ſed te & reprehendo q. ea nõ
numereſ alia quedam inania & leuia conque
raſ preneſte feciſſe ludoſ. Quid alii queſtores
num ne fecerunt cretenſ liberalem in pub

licanoſ iuſtum in ſocioſ fuiſſe quiſ negat. Sed ita rome multa geruntur ut uix ea que fiunt in prouinciſ audiantur non uereor ne mihi ali- quod iudiceſ uidear arrogaſſe ſi de queſtura mea dixero q̄uiſ enim illa floruerit tamen eū me poſtea fuiſſe in maximiſ rebuſ arbitror ut non ita mihi multum ſit ex queſture laude repetendum. Sed tamen non uereor ne quis audeat dicere ulliuſ in ſicilia queſturam aut gratiorem aut clariorem fuiſſe. Vere me her- cle hoc dicam ſi tum exiſtimabam nihil ho- mineſ aliud romę niſi de queſtura mea loqui frumenti in ſumma caritate maximum nu- merum miſeram negociatoribuſ comiſ mer- catoribuſ iuſtuſ municipibuſ liberaliſ ſociiſ abſtinenſ omnibuſ eram uiſuſ in omni offi- tio diligentiſſimuſ. Excogitati quidam erāt a ſiculis honoreſ inauditi. Itaq; hac ſpe dece- debam ut mihi ultro po. ro. omnia delaturū putarem. At ego cum caſu diebuſ hiſ itinēiſ

faciendi cauſa decedenſ e prouincia puteoloſ fō-
te uenıſſem cum plurimi & lautiſſimi ſolent
ēē in hiſ locıſ concidi pene iudiceſ cum ex-
me quidam queſiſſ& quo die roma exiſſē
& nunquid in ea eſſ& noui cui cum reſpō-
diſſem me e prouincia decedere etiam me
hercle ut opinor ex affrica. Huic ego iam
ſtomachanſ faſtidioſe immo ex Sicilia in-
quam. Tum quidam quaſi qui omnia ſcir&.
Quid tu neſciſ hunc inquit Syracuſiſ queſ-
torem fuiſſe. Quid multa deſtiti. ſtomachari
& me unum ex hiſ feci qui ad aquaſ ueniſ-
ſent. Sed ea reſ inde haud ſcio an pluſ mi-
hi profuerit q̃ ſi tum mihi eſſent omneſ cō-
gratulati. Nam poſtea q̃ ſenſi .p. ro. aureſ
hebetioreſ oculoſ acreſ atq; acutoſ habere
deſtiti quid de me ēēnt audituri homi-
neſ cogitare feci ut poſtea quotidie me p̄-
ſentem uiderent habitaui in oculiſ pluī-
mi eorum neminem a congreſu meo neq;

ianitor meuſ neq; ſomnuſ abſtruxit. Et qd
ego dicam de occupatiſ meiſ temporibus
cui fuerit negocium quidem nunq̄ ocioſū·

Nam quaſ tu commemoraſ Caſſi te ſolere le-
gere orationeſ cum ocioſuſ ſiſ haſ ego ſcri-
pſi rudiſ & feriſ ne omnino unq̄ eſſem oci-
oſuſ. Etenim Marci Catoniſ illud quod in
principio ſcripſit originum ſuarum ſem-
per magnificum & preclarum putaui cla-
rorum uirorum & magnorum non min⁹
ocii q̄ negocii rationem extare oportere. Ita
q; ſi quam habeo laudem que quanta ſit ne-
ſcio parta romę queſita in foro meaq; pri-
uata conſilia publiciq; caſuſ comprobaue-
runt. Ut etiam ſumma reſ p. mihi domi
fuerit gerenda & urbſ in urbe ſeruanda. Ea-
dem igitur Caſſi uia munita Laterenſiſ eſt
idem uirtutiſ curſuſ ad gloriam hoc faci-
lior fortaſſe quod ego huc a me ortuſ per
me nixuſ aſcendi. Iſtiuſ egregia uirtuſ

adiuuabatur commendatione maiorum. Sed
ut redeam ad Plantium nunq̄ ex urbe abſu
it niſi forte legiſ neceſſitate non ualuit reb;
iiſdem quibus fortaſſe non nulli. At ualuit
ſeruandiſ amiciſ At ualuit aſſiduitate ual-
uit liberalitate fuit in oculiſ petiuit eſt uſuſ
ratione qua minima inuidia noui homiēs
plurimi eoſdem honoreſ conſecuti ſunt. Nā
quod aiſ Caſſi non pluſ me Plantio debere
q̄ boniſ omnibuſ quod iſ eque cara mea ſa
luſ fuerit Ego me debere boniſ omnibuſ fa
teor. Sed & ii quibuſ ego debeo boni uiri & ci
ueſ comitiiſ edilitiiſ aliquid ſe meo nomiē
debere Plantio dicebant. Verum fac me mul
tiſ debere & in hiſ Plantio. Verum igitur me
conturbare oportet an ceteriſ cuiuſq; dieſ ue
nerit hoc nomen quo urget nunc competi
tor diſſoluere q̄. q̄. diſſimiliſ eſt pecunie debi
tio & gratie Nam qui pecuniam diſſoluit
ſtatim non habet id quod reddidit qui aut̄

debe& eſ retine& alienum gratiam autem & qui
refert habe& & qui habe& in eo ipſo quod habet re
fert. Neq; ego nunc Plantio deſinam debere ſi h̃
ſoluero, nec minuſ ei redderem uoluntate ipſa
ſi hoc moleſtię non accidiſſ&. Queriſ a me caſſi
quid pro fratre meo qui mihi eſt cariſſimus.
Quid pro meiſ liberiſ quibuſ nihil poteſt ee̅ mi
hi iocundiuſ ampliuſq; pro Plantio facio face̅
poſſem hec uideſ iſtorum caritate ad huius
ſalutem defendendam maxime ſtimulari
me atq; excitari. Nam neq; illiſ huiuſ ſalute̅
a quo meam ſciunt ee̅ defenſam quicq̃ eſt op
tatiuſ & ego ipſe nunq̃ illoſ aſpitio quin per hu
nc me hiſ conſeruatum ee̅ meminerim huiuſ
meritum in me recordor. Opimium dampna
tum ee̅ commemoratorem rei·p· ipſum & P.
Calidium adiungiſ cuiuſ lege Quintuſ Metel
luſ in ciuitate ſit reſtitutuſ. Reprehendiſ me
aſ pro Plantio preceſ nec opimiuſ ſuo nomi
ne liberatuſ ſit nec Q. Metello Calidiuſ de Ca-

lidio tamen reſpondebo quod ipſe uidi. Q.
Metellum pium conſulem pretoris comitiis
petente Q. Calidio po. ro. ſupplicaſſe: cum q-
dem non dubitaret & conſul & homo no-
biliſſimus patronum illum ēē ſuum & fami-
lie ſue nobiliſſime dicere. Quo loco quero ex
te num in calidii iuditio putes quod ego ī
Plantio facio aut Metellum pium ſi rome
ēē potuiſſet aut patrem eius ſi uixiſſet nō
fuiſſe facturum. Nam opimii quidem cala-
mitas utinam ex hominum memoria poſ-
ſet euelli. Vulnus illud rei. p. dedecus huius
imperii turpitudo po. ro. non iuditium pu-
tandum eſt. Q̄ enim illi iudices ſilicet iudi-
ces non parricide patrie nominandi ſunt
grauiorem potuerunt rei. p. infligere ſecu-
rim q̄ cum illum e ciuitate eiecerunt qui
pretor finitimo conſul domeſtico bello rem
p. liberauit. At enim nimis magnum bene-
fitium Plantio & ut ais id uerbis exaggeras

quaſi uero me tuo arbitratu & non meo gra-
tum ēē oporteat. Quod iſtiuſ tm̄ meritum in-
quit an quia te non iugulauit immo uero
iugulari quia non eſt paſſuſ. Quo quidem
tuo loco Caſſi & purgaſti inimicos meoſ meę
q; uitę ullaſ ab iſtiſ inſidiaſ fuiſſe dixiſti. Po-
ſuit hoc idem laterenſiſ. Quamobrem de
iſto paulo poſt plura dicam. De te tamen
requiro utrum puteſ odium in me medio
cre inimicorum fuiſſe quod fuit illorum
tantum requiro Vtrum puteſ odium unq̄.
barbarorum tam immane ac tam crudele
in hoſtem an fuiſſe in hiſ aliquem aut famę
metum aut pene quorum uidiſti toto illo
anno ferrum in foro flamam in delubriſ-
uim in tota urbe uerſari niſi exiſtimaſ eos
idcirco uite meę pepercaſſe quod de reditu
meo non timerent. Et quem putaſ fuiſſe
tamen excordem qui uiuiſ hiſ ſtante cu-
ria & urbe rediturum me ſi uiuerem non

putar&. Quamobrem non deb& iſ homo & iſ
ciuiſ predicare uitam meam. que felicitate aĩ-
corum conſeruata ſit inimicorum moleſtia
non ẽẽ appetitam. Reſpondebo nunc tibi Laterẽ-
ſiſ minuſ fortaſſe uehementer q̃. a te ſum pro-
uocatuſ ſed profecto nec conſiderate minus
nec minuſ amice. Nam primum illud fuit aſ-
periſ meq; de Plancio dicerem mentiri & tem-
poriſ cauſa fingere ſed homo ſapienſ excogita
ui quamobrem uiderer maximiſ beneficii ui-
culiſ obſtrictuſ cum liber eſſem & ſolutuſ. Quid
enim mihi ad defendendum Plancium parũ
multe parum iuſte neceſſitudineſ erant fa-
miliaritatiſ uicinitatiſ patriſ amicitię quę
ſi non eſſent uereor credo ne turpiter facerem
ſi hoc ſplendore & hac dignitate hominem
defenderem. Fingenda fuit mihi cauſa iudiceſ
peracuta ut ei quem debere mihi oporter& ego
me omnia debere dicerem. At id &̃ gregarii
militeſ faciunt inuiti ut coronam dẽt ciuicã

& ſe ſeruatoſ

& ſe ſeruatoſ ab aliquo ēē fateantur. Non quo tū pe ſit protectum in acie hoſtium manibuſ eripi. Nam id accidere niſi forti uiro & pugnanti quo minuſ non poteſt. Sed onuſ beneficii reformidant quod permagnum eſt alieno debere idem quod parenti. Ego cum ceteri uera benefitia & minora diſſimulent ne obligati ēē uideantur eo me benefitio obſtrictum ēē metior cui me referri quidem gratia poſſe uideatur.

An hoc tu laterenſiſ ignoraſ qui cum mihi eſſes amiciſſimuſ cum uel periculum uite tue mecum ſociare uoluiſſeſ cum me in illo triſti & acerbo luctu atq; diſceſſu non lachrimiſ ſolū tuiſ ſed animo corpore copiiſ proſecutuſ eſſeſ cum meoſ liberoſ & uxorem me abſente tuis opibuſ auxilioq; defendiſſeſ ſic mecum ſemper egiſti te mihi remittere atq; concedere ut omne ſtudium meum in. CN. Plantii honorem conſumerem quod eiuſ in me meritum tibi & gratum ēē dicebaſ. nihil autem me noui uel

temporiſ cauſa dicere. Nonne & illa teſtiſ eſt
oratio que eſt a me prima habita in ſenatu ĩ
qua cum perpauciſ nominatim egiſſem gra-
tiaſ quod omneſ enumerari nullo modo poſ-
ſent. Sceluſ autem ẽẽ quenq̃ preteriri ſtatu-
iſſemq; eoſ ſoloſ nominari qui cauſę noſtrę
duceſ & quaſi ſigniferi fuiſſent in hiſ Plan-
tio gratiaſ egi recitetur q; oratio que propter
eiuſ magnitudinem dicta deſcriptio eſt. In
qua ego homo aſtutuſ ei me debeam cui ni-
hil magnopere deberem & huiuſ tanti offi-
cii ſeruitutem aſtringam teſtimonio ſempi-
terno. Nolo cetera que a me mandata ſunt
litteriſ recitare pretermitto ne aut proferre
uidear ad tempuſ aut genere eo uti litterarum
quod meiſ ſtudiiſ aptiuſ q̃ conſuetudini iu-
ditiorum ẽẽ uideatur. Atque & clamitas
laterenſiſ quouſq; iſta diciſ nihil in Scipio
profeciſti abſolute iam ſunt preceſ tuę de
ſcipio uidetur mihi obiiceres quem ego de

me benemeritum quia te teſte cognoueram
te eodem auctore defendi & ei diceſ quo uſq;
quem negaſ quod pro Scaprio contenderim
impetrare potuiſſe. Nam iſtiuſ uerbi quouſ-
q; que negaſ poterat ee̅ inuidia. Datuſ est
tibi ille condonatuſ eſt tibi ille non faciſ fi-
nem ferre non poſſumuſ. Ei quidem qui
pro uno laborauit & ipſum non obtinuerit
dicat quo uſq; irridentiſ magiſ eſt q̃ reprehendē-
tiſ niſi forte ego unuſ ita me geſſi in iudiciis
& cum hiſ ita & inter hoſ uixi hiſ in cauſiſ pa-
tronuſ iſ in re.p. ciuiſ & ſemper fui ſoluſ ut a
te conſtituar qui nihil a iudicibuſ unq̃ debeā
impetrare & mihi lachrimulam quiſpiam iu-
dicii obiectaſ ſic enim dixiſti. Vidi ego tuam
lachrimulam. Vide q̃ me uerbi tui peniteat
non modo lachrimulam ſed multaſ lachri-
maſ & fletum cum ſingultu uidere potuiſti.
An ego qui meorum lachrimiſ me abſente cō-
motuſ ſimultateſ quaſ mecum habebat de-

poſuiſſ& meeq; ſalutiſ non modo non oppugnatō
ut inimici mei putarent ſed & fuiſſ& defenſor
huiuſ in periculo dolorem meum non ſignifica
rem. Tu autem laterenſiſ qui tum lachrimaſ me
aſ grataſ ēē dicebaſ nunc eaſdem tuiſ inuidioſas
uideri negaſ tribunatum Plantii quicquā attuliſ
ſe adiumenti dignitati mee atq; hoc loco quid
uerиſſime facere poteſ. L. cacilii fortiſſimi uiri
& conſtantiſſimi diuina in me merita comme
moraſ cui quidem ego ſicut in Plantio nunq̄.
diſſimulaui me plurimum debere ſemperq; pre
me feram. Nullaſ enim ſibi ille neq; contentio
neſ neq; inimicitiaſ atq; uite dimicationeſ nec
pro re. p. nec pro me defugiendaſ putauit. Atq;
utinam q̄ ego ſum in illum gratuſ tam licuiſſ&
per hominum uim & iniuriam po. ro. gratiā
ei referri. Sed ſi non eadem contendit in tribu
natu Plantiuſ exiſtimare debeſ non huic uo
luntantem defuiſſe. Sed me cum iam Plantio
deberem M. Racilii beneficiiſ fuiſſe. An uero pu

taſ iudiceſ idcirco minuſ mea cauſa facturoſ quid me ēē gratum cnimineriſ. An cum. p. r. illoſ. s. c. qđ in monumento Marii factum est quo mea ſalus i omnibuſ est gentibuſ commendata Viii. CN. Plā tio generiſ egerit unuſ enim fuit de magiſtra tibuſ aut pro magiſtratibuſ defenſor ſalutiſ i mee cui ſenatuſ pro me gratiaſ agendaſ puta uit ei ego nunc a me referendam gratiam non putem. Atq; cum iudeſ quo me tandem animo in te putaſ ēē laterenſiſ. Nullum ēē tantum pe riculum tantum laborem tantam contempti onem quam ego non modo pro ſalute tua ſed etiam pro dignitate defugerem. Quo quidem & magiſ ſum non dicam miſer natura quidē abhorre& a uitiute uerbi. Sed certe exercituſ nō qua multiſ debeo leue enim onuſ benefitii gā tia. Sed quia ſepe concurrit propter aliquorx de me meritorum inter ipſoſ contentioneſ ut eo dem tempore in omneſ uerear ne uix poſſim o gratuſ uideri. Sed hoc ego meiſ ponderibuſ ex

aminabo non ſolum quid cuiq; debeam ſed
etiam quid cuiuſq; interſit & quid ad me cu-
iuſq; tempuſ poſtulat Agitur ſtudium tuū
uel & ſi uiſ exiſtimatio lauſ edilitatiſ. At. CN.
Plantii ſaluſ patria fortunę ſaluum tu me ēē
cupiſti hic & fecit ut ēē poſſem diſtineor tām
& diuellor dolore & in cauſa diſpari offendi
te a me doleo ſed me diuſſidiuſ multo citius
meam ſalutem pro te obiecero q̄. CN. Plantij
ſalutem tradidero contentioni tuę. Et enim
iudiceſ cum omnibuſ uirtutibuſ me affectū
ēē cupiam tamen nihil eſt quod malim quę
et me gratum ēē & uideri. Hec eſt enim una
uirtuſ non ſolum maxima ſed & mater oī
um uirtutum reliquarum. Quid eſt pietaſ
niſi uoluntaſ grata in parentes. Qui ſunt
boni ciueſ qui belli qui domi de patria bene
merenteſ niſi qui patrię benefitia meminerīt
qui ſancti qui religionem colenteſ niſi qui
meritam diiſ inmortalibuſ gratiam iuſtiſ ho-

noribuſ & memori mente perſoluunt. Que po-
teſt eſſe iocunditaſ uite ſublatiſ amicitiiſ que
porro amicitia eſſe poteſt inter ingratoſ. Quiſ enim
eſt noſtrum liberaliter educatuſ cui non edu-
catoreſ cui non magiſtri ſui atque doctoreſ cui
non locuſ ille mutuſ ipſe ubi alituſ atque doc-
tuſ eſt cum grata recordatione in mente uerſe-
tur. Cuiuſ opeſ tante eſſe poſſunt aut unquam fu-
erunt que ſine multorum amicorum offitiiſ
ſtare poſſint que certe ſublata memoria & gra-
tia nulla ſtare poſſunt. Equidem nil tam pro-
prium hominiſ exiſtimo quam non modo bene-
fitio ſed & beniuolentie ſignificatione alliga-
ri, nihil tam porro inhumanum tam imma-
ne tam ferum quam committere ut benefitio non
dicam indignuſ ſed uictuſ eſſe uideare. Que cum
ita ſint iam ſubcumbam laterenſiſ iſti tuo [illegible]
ori nimioque in eo ipſo in quo nil poteſt eſſe ni-
mium quoniam ita ut uiſ nimium me gra-
tum eſſe concedam. Petamque a uobiſ iudices ut

cum benefitio complectamini quem qui reprehē
dit in eo reprehendit quod gratum preter mo
dum dicat ēē. Neq; enim id ad negligendam
meam gratiam debet ualere quod dicat idem
uoſ nec nocenteſ nec litigioſoſ ēē quo minus
me apud uoſ ualere oporteret. Quaſi uero in
amititia mea non hec preſidia ſi qua forteſt
in me parata ſemper amicaſ maluerim ēē q̃
neceſſaria. Etenim ego de me tantum audeo
dicere amicitiam meam uoluptati pluribus
q̃. preſidio fuiſſe meq; uehementer peniteret ui
tute meę ſi in mea familiaritate locuſ ēēt ne
mini niſi litigoſo aut nocenti. Sed hoc neſcio
quomodo frequenter in me congeſſiſti ſane
q; in eo creber fuiſti te idcirco illuſoſ cauſam
conuincere noluiſſe: ne ego mea conſuetudi
ne aliquid de tenſiſ miſericordię cauſa dicē
quod in aliiſ edilibuſ ante fecisſem. Non nihil
egiſti hoc loco: nam mihi eripuiſti ornamen
tum orationiſ meę deridebor ſi mentionem

thenſaurum fecero cum tu id predixeriſ ſine thē-
ſiſ autem quid potero dicere. Hic & addidiſti
me idcirco mea lege ex illo ambitu traxiſſe ı.
Vt miſerabiliores   poſſem dicere. Non
uobiſ uideor cum aliquo declamatore non eo
cum laboriſ & fori diſputare: Rhodi enim inqt
non fui me uult fuiſſe ſed fui inquit putabã
in Niceiſ dicturum. Biſ in bithinia ſi locuſ habet
reprehenſioniſ anxam aliquam. Neſcio cur ſe
ſeueriorem niceam puteſ q̃ Rhodum ſi expec
tanda cauſa eſt & tum in bithinia ſumma cũ
dignitate fuiſti & ego Rhodi non minore ıı.
Nam in eo quod me reprehendiſti quod nimi-
um multoſ defenderem ſi locuſ habeat repre
henſioniſ cauſam aliquam. Vtinam & tu qui
poteſ & ceteri qui diffugiunt uellent me labo-
re iſto leuare: ſed fit ueſtra negligentia qui ĩ
cauſiſ ponderandiſ omneſ fere repudiatiſ ut
ad noſ plereq; confluant qui miſeriſ & labo-
rantibuſ nihil negare poſſumuſ. Admonuiſti

& q̄ in creta fuiſſeſ dictum aliquid in petitiōe
tua dici potuiſſe me id prodidiſſe. Vter igitur
noſtrum eſt cupidior dicti. Ego ne quid quđ
dici potuit non dixerim an tu qui & ipſe in-
te dixeriſ. Tu aiebaſ de tuiſ rebuſ geſtiſ nullaſ
litteraſ miſiſſe quod mihi meę quaſ ad aliq-
uem miſiſſem obfuiſſent. quaſ ego mihi ob-
fuiſſe non intelligo. rei. p. uideo prodeſſe po
tuiſſe. Sed ſunt hec leuiora illa uero grauio-
ra atq; magna quod meum diſceſſum quē
ſepe defleraſ nunc quaſi reprehendere & ſub
accuſare uoluiſti. Dixiſti enim non auxiliū
mihi ſed me auxilio defuiſſe. Ego uero fate-
or me quod uiderim mihi auxilium non
deēē. Idcirco me illi auxilio peperciſſe. Quis
enim ſtatuſ quod diſcrimen que fuerit in. r.
p. tempeſtaſ illa quiſ neſcit. Tribunitiuſ me
terror an conſulariſ furor me mouit decer-
tare mihi ferro magnum fuit cum reliquiſ
eorum quoſ ego florenteſ atq; integroſ ſine

ferro uiceram. Conſuleſ poſt hominum memo-
riam deterrimi atq; turpiſſimi ſicut & illa prī-
cipia & hi recenteſ rerum exituſ declarant quo-
rum alter exercitum perdidit alter uendidit
emptiſ prouinciiſ a ſenatu a r. p. ab omnibuſ
boniſ defecerant: qui exercitibuſ qui armiſ q;
opibuſ plurimum poterant cum quid ſentirẽt
neſciretur furialiſ illa uox nephariſ ſtupriſ
religioſiſ altaribuſ effeminata ſecum & illoſ
conſuleſ facere acerbiſſime perſonabat egen-
teſ illocupleteſ perditi in bonoſ ſerui in domi-
noſ armabantur. Aderat mecum ſenatuſ & q̄-
dem ueſte mutata quod pro me uno poſt ho-
minum memoriam iam publico conſilio i-
ſuſceptum eſt. Sed recordare qui tum fuerit
conſulum nomine hoſteſ qui ſoli in hac ur-
be ſenatum ſenatui parere non ſinerẽt edictoq;
ſuo non luctum patribuſ c. ſed luctuſ indicia
ademerunt. Aderat mecum equeſter cunctuſ
ordo quem quidem in contentionibuſ ſalta-

tor ille Catiline conſul Gab'niuſ proſcriptioniſ
denuntiatione terrebat Ac tota italia conuene-
rat· Cum quidem belli inteſtini & uaſtitatiſ me-
tuſ inferebatur hiſce ego auxiliſ ſtudentibus
atq; incitatiſ uti me lateraerenſiſ potuiſſe con
fiteor· Sed erat non iure non legibuſ non diſce
ptando decertandum· Nam profecto preſerti̅
tam bona in cauſa nunq̃ quo ceteri abunda
runt id mihi ipſi auxilium defuiſſ&· Armiſ
fuit armiſ inq̃ fuit dimicandum quibus a
ſeruiſ atq; a ſeruorum ducibuſ cedem fieri ſe
natuſ & bonorum ·r·p· exitioſum fuiſſ&· Vinci
autem improboſ a boniſ fateor fuiſſe precla
rum preclarum ſi finem eum uincendi uide
rem quem profectionem uidebam· Vbi enim
preſto fuiſſ& mihi aut tam fortiſ conſul q̃ ·L·
Opimiuſ q̃ ·C· Mariuſ q̃ ·L· Flaccuſ quibuſ du
cibuſ improboſ ciueſ ·R·P· uicit armatiſ aut ſi
minuſ forteſ attamen tam iuſti q̃ ·P· Mutius
qui arma que priuatuſ ·P· Scipio ſumpſerat

ea · T · Gracco interempto iure optimo ſumpta
ēē defendit. Eſſet igitur pugnandum cum cō-
ſulibuſ. Nihil ampliuſ dico niſi illud uicto
rie noſtre graueſ aduerſarioſ paratoſ interi
tuſ nulloſ ultoreſ ēē uidebam hiſce ego auxi-
liiſ ſalutiſ mee ſi idcirco defui quia nolui di
micare fatebor id mihi quod uiſ non mihi
auxilium ſed me auxilio defuiſſe. Sin autem
quo maiora ſtudia in me bonorum fuerunt
hoc hiſ magiſ conſulendum & parcendum
putaui, tu id in me reprehendiſ quod · Q · Me-
tello laudi datum eſt hodieque eſt & ſemper e
rit maxime glorie. Quem ut poteſ audire ex-
multiſ qui tum affuerunt iniuſtiſſimiſ uiriſ
conſtat boniſ ceſſiſſe nec fuiſſe dubium quin
contentione & armiſ ſuperior poſſet ēē. Ergo
ille cum ſuum non cum ſenatuſ factum defē
deret cum perſeuerantiam ſententententie ſue nō
ſalute r · p · retinuiſſet tam ob illam quo illud
uoluntarium uulnuſ accepit iuſtiſſimuſ oīu

Metellorum & clariſſimoſ triumphoſ laude ſu-
perauit. Quod & illoſ ipſoſ improbiſſimoſ ciuē
interfici noluit & ne quiſ bonuſ interir& in ea-
dem cede prouidit. Ego uero tantiſ periculiſ
propoſitiſ cum ſim uictuſ ēēm interituſ. r. p.
ſi uiciſſem infinita dimicatio pararetur com-
mitterem ut idem perditor rei. p. nominarē
qui ſeruator fuiſſem. Mortem me timuiſſe di-
ciſ. Ego ne immortalitatem quidem contra. r.
pu. accipiendam putarem nedum emori cū
pernitie. r. p. uellem. Nam qui pro re. p. uitā
dederunt lic& me deſipere dicatiſ nunq̄ i
me hercule eoſ mortem potiuſq̄ immortali-
tatem conſecuturoſ putarem. Ego uero ſi tū
illorum impiorum ferro ac manu concidiſ-
ſem in perpetuum. r. p. ciuile preſidium ſalu
tiſ ſue perdidiſſ&. Quin & ſi me uiſ aliqua
morbi aut natura ipſa conſumpſiſſ& tamē
auxilia poſteritatiſ imminuta eſſent quod
peremptum ēēt in ea morte id exemplum

qual' futuruſ in me fuiſſ& retinendo·S·P·Q·R·
an ſi unq̃ in me uitę cupiditaſ fuiſſ&· Ego m̃
ſe decembri conſulatuſ omnium patria dare
tela commoſſem que ſi uiginti quieſſem dieſ
in aliorum uigiliam conſulum recidiſſent·
Quamobrem ſi uite cupiditaſ contra·r·p·est
turpiſ certe multo mea mortiſ cupiditaſ tur
pior fuiſſ& cum pernitie ciuitatiſ· Nam qđ
in re·p· te liberum ēē gloriatuſ eſ id ego &
fateor & letor & tibi etiam in hoc gratulor·
Quod me autem negaſti in eo nec te nec quẽ
q̃ diutiuſ patiar errare· Nam ſi quiſ idcir-
co aliquid de libertate mea diminutum·i·
put& quod non ab omnibuſ eiſdem a quibꝰ
antea ſolituſ ſum diſſentire diſſentiam· Pri-
mum ſi bene de me meritiſ gratum me pre-
beo non deſino incurrere in crimen homi
niſ nimium memoriſ nimiumq; grati· Sin
autem ſine ullo·r·p· detrimento reſpitio ali
quando ſalutem tum meam tum meorũ

certe non modo non ſum reprehendenduſ ſed
etiam ſi uere uellem boni uiri me ut id ne fa-
cerem rogarent. Reſ uero ipſa p. ſi loqui poſſ&
ager& mecum ut quoniam ſibi ſeruiſſem ſemp.
nunq̄ mihi fructuſ aut ſeſe ex non ōt oportu
iſſ& letoſ & ubereſ ſed magna acerbitate per̄mix
toſ tuliſſem ut iam mihi ſeruire conſulerem
meiſ ſe non modo ſatiſ habere a me ſed etiam
uereri ne parum mihi pro eo quod a me ha
berent rediddiſſ&. Quod ſi horum ego nihil
cogito idem ſum in re p. qui fui ſemper ta-
men ne libertatem requireſ meam quam tu
poniſ in eo ſi ſemper cum hiſ quibuſ cum ali
quando contendimuſ depugnemuſ quod ē
longe ſecuſ. Stare enim omneſ debemuſ tan
q̄ in orbe aliquo rei p. qui quoniam uerſet̄
eam diligere partem ad quam noſ illiuſ uti
litaſ ſaluſq; conuerterit Ego autem. CN. Pō
peium non dico auctorem ducem defenſorēq;
ſalutiſ mee. Nam hec priuatim fortaſſe of

ficiorum memoriam & gratiam querunt. Sed
dico hoc quod ad ſalutem r. p. pertinet ego cum
non tuear quem unum in re. p. principem oēſ
ēē concedunt. Ego. C. Caeſariſ laudibuſ deſim?
quaſ primum populi R. nunc etiam ſenatus
cui me ſemper addixi plurimiſ & ampliſſimis
iudiciiſ uideam ēē celebrataſ. Tum me hercle
confitear non iudicium aliquod habuiſſe de
rei. p. utilitate ſed hominibuſ amicum aut in
imicum fuiſſe. An cum uideam nauem ſecun
diſ uentiſ curſum tenentem ſuum ſi non ea
petat portum quem aliquando probaui ſed
alium non minuſ tutum ac tranquillum.
cum tempeſtate pugnem periculoſe potius quam
illi ſalute preſertim propoſita obtemperem &
pareat. Ego uero hec didici hec uidi hec ſcr
ipta legi hec de ſapientiſſimiſ & clariſſimiſ ui
riſ & in hac re. p. & in aliiſ ciuitatibuſ monu
menta litterę nobiſ prodidere non ſemper ea
dem ſententiaſ ab eiſdem ſed quaſcumque r. p.

ſtatuſ indignatio temporum ratio concordię
poſtularet eſſe defendendaſ quod ego laterē-
ſiſ fatio & ſemper faciam libertatemq; quam
in me requiriſ quam ego neq; dimiſi unq̃ neq;
dimittam non inpertinatia ſed in quadam
moderatione poſitam putabo· Nunc uenio
ad illud extremum quod dixiſti dum Plan
tii in me meritum uerbiſ extollerem me ar-
cem facere ex cloaca lapidemq; ex ſepulchro
uenerari prodeo neq; enim mihi inſidiaruꝫ
periculum ullum neq; mortiſ fuiſſe cuiuſ i-
ego temporiſ rationem explicabo breui neq;
inuituſ· Nihil enim ex meiſ eſt temporibuſ
quod minuſ peruagatum quodq; minuſ o-
aut mea celebratione commemoratum ſit
aut hominibuſ auditum atq; notum · Ego
enim laterenſiſ ex illo incendio legum ſena-
tuſ iuriſ bonorum omnium cedenſ cum t
mea domuſ ardore ſuo defragationem ur-
bi atq; italię toti minaretur niſi quieuiſſem

Siciliam petiui animo que ex ipſa erat mihi
quaſi domuſ una coniuncta & obtinebatur
a C. Virgilio quo tum me uno uel maxime
tum uetuſta amicitia tum mei fratriſ colle-
gia tum r. p. ſociarat. Vide nunc caliginē
temporum illorum cum ipſa pene inſula
mihi ſeſe obuiam ferre uellet. Pater ille euſ-
dem tr. pl. concionibuſ tr̄ eandem r. p. cau-
ſam ſepe uexatuſ nihil ampliuſ dico niſi me
in ſiciliam uenire noluit. Quid dicam C. Vir-
gilio tali ciui & uiro beniuolentiam in me
memoriam communium temporum pieta-
tem humanitatem fidem defuiſſe. Nihil ui-
delicet eſt eorum ſed quam tempeſtatem i-
noſ nobiſcum non tuliſſemuſ metuit ut eā
ipſe non poſſet ſuiſ opibuſ ſuſtentare. Tum
conſilio repente mutato iter a Vibone Brū-
duſium terra petere contendi. Nam mari-
timoſ curſuſ precludebat hiemiſ magnitu-
do cum illa omnia municipia q̄ ſunt a Vibo-

